


6
13 M
6



ROMA




Reuerendi patris domini Mercurii Vipere Beneuentani Sacri Palatii Apostolici Rote Auditoris/ de preclare peril-lustreq; dictis ac gestis libri Octo.

Fut in excidio Urbis Capte et excisae. Ann. Dni. M.D.xxvij. sept. kl. Julij

Ex legato Ant. Roccini





FRANCISCI AQVILAE BENEVENTANI AD LEONEM .X. PONT. MAX. PRAEFATIVNCVLA.




Etus fuit consuetudo beatissime pontifex clarorũ uirorũ imaginibus: & simulachris archetypis bibliothecas instruere: quo uehementissime illa inuictis animus: qui cum ad gloriam uirtutis itinere tendit: potens efficitur, ad eam sibi accenderetur non illorũ tamen aspectu sed gestarũ rerum memoria pectus exestuabat: minimeq; medela extingui erat quousq; ad æqualem probitatem: & gloriam pertingeret. Vnde uirtutem exercendo animi: & ingenia imortalitatem assequebantur: quorũ excellentium facinorum q̃ longissima monumenta & sicuti anima æternitate condonata superstant. Nobis autem magno usui: & exercitationi tantorũ uirorum cõmemoratio est: Quibus merito ingentes gratias debemus: qui suis uigiliis & laboribus mortalium uitę plurimum profuere: nam quid primum nobis appetẽdum: quid ue fugiendum sit ostenderunt. Multa itaq; de illorũ pręclare dictis: & perillustre factis excerpta Mercurius tibi addictissimus: & ut maximus antiquarum rerũ indagator in hoc luculẽto contextu apte/distincte/ & dilucide recenset: quẽ ut alios editos præuidendũ: & imprimẽdũ amici & de eo benemeriti curarunt. Hic dulces illorũ secessus: fœlicem amœnitatem: apricos colles: uirentia prata: opaca nemora: munifica siluarũ genera ad limpidissimorum fontium haustũ peruagatur: Cui uastissima diuina flumina se largius infundere uidentur. Ille ipse est qui cũcta ineffabili prouidentia producit: ut omnium rerum causa: initialis origo: & auctor omnium sine quo cimeriis obducti tenebris in micãtissimo sole caligaremus: ille inq̃ perspicacissima sapiẽtia omnia regit: roborat: uiuificat: lenit: & excitat: animorũ genitor: animantium sospitor: cuius laudes recinendo mortalis sensus sacro spiritu afflatur: accẽditur: & accensus collustratur. & si cœlesti aliquo mẽtis instinctu (qđ alii priores) Mercurius effudit habito diuino liceat tuo in terris sub splẽdore: & clari nominis celebritate illud edere. Quippe cũ tãtę amplitudinis sis: ut ipsa naturæ claritas: & p̃celsi animi laus uter utri cedat cõtẽdisse uideanť: de quibus (ut aliquid pensi habeam) reticere potius q̃ pauca dicere percuraui: Vale.

Mutij Pipera Beneuentani. [illegible]

REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII VIPERAE BENEVENTANI SACRI PALATII ROTAE AVDITORIS DE PRAECLARE PERILLVSTREQꝫ DICTIS AC GESTIS LIBER PRIMVS.

e TSI EXCELSA RES SIT / AC illuſtris/omniumqꝫ mortalium uotis expoſcenda/ expoſtulãda/ac expetenda diuinę religionis Theologia: quæ cum animoꝝ mortalium medicina ſit efficaciſſima, tãto ex reliquis diſciplinis/cunctiſqꝫ mortalium doctrinis excelſior / excellentiorqꝫ eſt, quanto animi corporibus antecellunt: quippe cum mortales ipſi ex anima & corpore conſiſtant, cumqꝫ corporis nexui/ſeruitutiqꝫ/ac ſeruitio animi utamur imperio: magis mortales decet ipſius curam gerere/ q̃ corporis: nempe nihil pereque pertinet ad animoꝝ incolumitatem: quia religio illa diuina / Chriſtianaqꝫ Philoſophia / & eo potiſſimũm cum de immortali illa uita peremniqꝫ / ac de moribus mortalium diuina illuſtria fulgentia præcepta condonat & edocet: ſiquidem cum plures pernitioſioreſqꝫ ſint animoꝝ morbi / q̃ corporis: ꝙ dies ac noctes mortalium mentes excedunt: quum cupiditatibus inenarabilibus alliciantur ſollicitenturqꝫ, cum uariis perturbationibus obnoxii ſint, hos omnes morbos ſola inq̃ euellere quiuit diuina Chriſti Philoſophia: quæ aut in merito dux uirtutis indagatrix/expultrixqꝫ uitiorum edici poteſt, cuius documentis qui fuerit imbutus/is facile humanos caſus cõtendet, fortunãqꝫ ſiquam poetæ effinxere floccifaciet: imperterritus/conſtans/inuictus/imperturbatus permanebit: & cum plures ſint diſciplinæ illuſtres/quæ liberales cognominantur, quæ ab homine libero dignoſcuntur, hoc inq̃ unum uerę Philoſophiæ ſtudiũ liberale eſt, quum immortales ipſos diuino illo ſplendore/Chriſto ipſo fulgenti mortales omnes liberos peragit ſublimes/magnanimos/illuſtres/atqꝫ fortes: non ut illi peragebant/quorum in corpora exaginauerant/animi macie æternoqꝫ tabeſcebãt: hiſqꝫ libido rationi impera-



bat, eorum uirtus uoluptatem sequitur, corpus animo dominatur, eorū deus uenter est, ut inquit Paulus/quiq; in uoluptatibus/libidinibusq; suumq; bonum collocarunt: At quanto maiores nostri diuini illi Christi Athletæ prudentiores/laudabilioresq; extitere: qui unicæ Philosophiæ diuitias omnes postposuerant, solam uirtutem contemplantes: soli sapientiæ inhiantes: solam doctrinam amplexantes. Cum deus ipse/ut inquit Libicus Accademicus/uniuersum hunc orbem patris in star familias artifitiosissime/ac sanctissime gubernat: quid enim non ne id fateris? in quo quid nam potius scientia ne/an uirtus? dirigitur scientiam dei uirtutē dixeris, utere sine inuidia nominibus non enim quēadmodū in hoīe, ita & in deo est animæ pars, quę imperet, quęue obediat. Verū est simplicissimū: quid deus/ut mēs/ut scientia/ut ratio: si uero deteriorem: cum melior conglutinare, deteriorisq; nomen meliori attribuere coneris: feram id ad nomen tantum, non autem ad rem ipsam pertinebit: uirtutem ipsam quantumuis scientiam uocandam tamen ipsam scientiam uirtutem non uoces: falsum nimirum ac periculo mediusfidius obnoxium: si qua est hominis habenda fides quod in contemplantibus scientiis Arithmeticæ: cæteræq; disciplinæ peruenientes ad animum uirtute homines imbuant. Id siquidē est uerū sophistarū genus magnifaciendum esse apparet multiscios/ac multiloquos hos dico plenos ꝙ multarum disciplinarū quiq; scire se profitentur cauponantur: atq; indigentibus uendunt, uirtutis nundinationem instituunt, resq; tota mercimonium spectat: in quibus cum uideamus ore tenus sermones promptos atq; apparentia cum redundantia quadam disciplinarū preceptorūq;, interius uero affectiones aspetas/ferinasq; consuetudines/improbas iniquas exercitationes/ cupiditates absurdissimas/flagitiosas educationes/rectis rationis tramitibus aduersas esse: Nonne cogitare debemus oportere mortales naturā sortiri imprimis probam? quæ futura sit tanq̄ surgenti muro firmissima crepido ad eiusdem salutem accedere, educationem ac consuetudinem bonā per quas maxime animus cū his quę proprie sunt bona fœderatur: unaq; & tempora/& ætates omnes coniunctissime percurrit. His postremo addenda ars est/ quæ affectionibus ipsis statuat metā. His maxime modis animus efficitur beatus, uitaq; hominis sanitatē

atq; īcolumitatē assequit. Hinc rectę opiniones harmonica quadam corporis atq; animi cōpositione coordinat: hæc dei lex est, hęc iustum perficiunt uirū, obsequant affectiones rationi, nō inuitæ pareāt scientiæ: nam uitium inuolūtaria res est, a uolūtate penitus ꝓtracta. Hinc Homerus summus illustrisq; uates/ubi mortaliū animantium genera contēplatus esset/horūq; uitę rationem & statum inter se contulisset, in hanc uocē erupit: omnium quæ in terris spirarent & serperent/ nihil esse calamitosius hominę, principatum haud sane fęlicem homini tribuens, ut in maloꝝ expressione primas teneat atq; excellat. At nos hominem tanq̄ iam uincentem calamitatē, iamq; animantiū omnium pronunciatū miserrimum: ipsum cum sibi ipsi conferimus/ ut ꝓpriis malis secū ipse certet, eū in corpus atq; animū partiētes/quod quidem negotii nequaq̄ fuerit inutile/sed uehementer ad rem pertinens: nimirum ut intelligamus utrū per animum/an per nos ipsos miserius uiuamus: nam morbus quidem natura corpori innascitur, uitium uero & malitia primū actus est ab animo proficiscens, deinde morbus eiusdem (quanq̄ non paulo equiore animo ferendum erat) sit uel id quod peius est/esset medicabile, uel leuius esset/quod est in medicabile: sed deus inq̄ omnium rex ex quo sunt omnia/ initium rerū omnium est: ut inquit Aeneas Platonicus/Fons ipsumq; bonū sapientiæ pater/& omnium conditor/non tempore genuit per quod fierent omnia: quippe semper est uerbi ac sapientiæ pater/ neq; enim sterilis & infecundus est diuinitatis fons/ non autem passione genuit/ nulla enim conditione necessitatis adicitur/neq; consortem generationis assumpsit: nullus enim erat, sed neq; se ipsum sua uirtute potestatis exhausit, semper enim in seipso quem genuit habet, totū in toto implētem & impletum: solum enim pater esse noluit solus: neq; enimuero superfluit proles alioquin in seipso consubstantialem sibi nequaq̄ habuisset, non enim in eo est compositio/quo circa uerbum essentialiter genuit/ut substantiam uirtutemq; patris enunciet, ipsa mens in unū uniuersa intelligentiæ ratione cōtingens: omne itaq; per ipsum pater operatur, sapientiæ enim hoc omne oportebat institui, atq; una prole eiusdem substantiæ protulit spiritum sanctum: eoq; spiritu intelligibilia & sensibilia/& inspirans omnia uirtute implet, atq; ad seipsum tra

hit: conuertit enim semper ad patrem spiritus,& omnia attrahit que cunq; tetigerit. Ita intéporalis illa magnificentia patris/uirtus/& speculatio/& operatio/sancta unitas/& beatissima trinitas, nõ magis minus ue suscipiens: est enim una substantia/& intellectuales quoq; substantias ante tempora condidit/atq; constituit: maluit inq̃ habere quibus mereri posset/beneq; perageret: idcirco inquiens, spirituales creauit supernasq; uirtutes: nullusq; inuidiæ locus est, ita ante uisibilium conditionem non in ocio perstitit, cœlum uero unde tempus mitium sumit, terram/aeremq;/ ac mare post priora illa creauit: aliasq; aliud ui propriç potestatis operatur, semper autem ipse operatur, materiãq; prestat, uniuersa excitat: præterea coaptat/ordinat/atq; disponit tam illustres philosophorum perorationes ne neglectæ esse uiderentur ab orthodoxa fide eiudicandæ an approbandæ fuerint: relinquenda percẽsui: nec equidem ut censeo mortalium res in his a sacris segregãdę, non quia hmõi ut cum illis recte conferri queant/ aut possint, aut in eadem parte operis locari & scribi debeant, ut deceat: nemo inq̃ nisi demens terrena hęc & caduca/cœlestibus ac diuinis fulgentibusq; misteriis mortalium diuinis illis comperat. Verum enimuero quia nõ nullis ex mortalibus ob animi magnitudinem/integritatẽ / illustresq; uirtutes, Deiq; opt. Max. cognitionem/ac delectationem in cœlum ad cœlestes illas sedes recepti fuere, etiam si mortales fuerint extitering; non absurdum censui(ut arbitror) eaq; mortalium sunt, & si diuersa illis non solum tempora sed prestãtia subiicere quicq̃ ipsa uariatio/ut inquit Martius/ gratiam fortasse aliquam afferet huic relationi, ut in lautioribus mortalis ipse nihil aquæ ac saporũ uarietatis delectatur: nec ullus inq̃ suauior est concentus/q̃ quis ex diuersarum uocũ concordia constat: quãdoquidem in Apollinis Delphyci templo Grecorum adagium illud perceelebre illustreq;: Te ipsum agnosce: quodquidem e cœlo emanasse Satyrus inquit: Siquidem qui se ipsum norit diuinum Cicero/se aliquid habere intelligit/conspicietq;, quemad modum a parente illa ductrice natura subornatus in lucem uitamq; emanarit, quantaq; ad hauriendam sapientiam ipsam secum tulerit. Hinc diuinus ille Aurelius ingenio/doctrinaq;/ac eloquẽtia illustris/ extructis suæ urbis mœnibus / incolas in ea Stoicos incolere maluit,

ut cum illis de philosophiæ dogmatibus arcanisq; certare aduenienti bus inhumanæ disceptationis: Videtur etiam nonnullis mortalium conditio miserrima/& omnibus prosequenda singultibus/cũ ad acer/bissimam illam mortem omnes mortales euehat, alii uero fęlicissimũ hominum/mortaliumq; ortum edixere. Sunt etiam qui mediũ quod dam deligentes/& humanitate mereant/& mortalitate lętentur: Qua quidem in re si philosophię uertices distractos in diuersa cõspicimus: Hinc Phylostrati sententia/neq; uero sum nescius/inquiẽs, q̃ magnũ initium ueræ philosophantium tyrannides existant: pręterea inquire re malentibus concedo / quo singuli erga ipsos egerint, cum alius ma ius/alius minus sit operatus, mea uero ad hoc ipsum tendit oratio: nã Zeno Eleates/qui primus comperit dialeticam Nearchi Mysii tyran nidem euerteret meditans deprensusq; cum uariis supplitiis torquere tur/socios coniurationis minime prodidit: sed quos Tyranno fidissi/mos nouerat calumniatus/ut morte mulctaretur effecit: ipse autẽ My siam liberauit: Tyrannidem erga seipsam errare peragens/Diogenes quoq; Synopeus/& Crates Thebanus circũferuntur: quoniam is qui dem per Cheronia ueniens Philippum pro Atheniẽsibus grauiter ob iurgauit: absurdum esse differens armis eos inuadere/qui pro se arma quandoq; tractassent, cepissentq;: Crates autem cum Alexander Ma/cedo Thebas instaurare sui gratia mallet, ego (inquiens) patria non egeo, q̃ armis pręporentior iterum subruat. Eraclites autem & Piton qui Coctum Tracem interfecere, homunculi quidem ambo erant. Academicorum autem disciplinam secuti / sapientes liberiq; euase/rant: Calistenem autem Olympium nemo ferme ignorat/qui uno eo/demq; die Macedones accusauit & laudauit, tunc maxime uiribus pollerẽt: quamobrem ueluti molestus ipsis interfectus est. Plato uero pro Siciliæ libertate suscępisse fertur Dionem eiusdem sententiæ co/mitem asciscens: Pito autem Reginus exul cum ad Dionisiũ Syciliæ Tyrannum confugeret / atq; honoratius ab eodem susceptus q̃ exu/li conuenire uideretur Tyranni mentem perspexit regi capiendi cupidam cumq; id reginis litteris enunciasset a Tyranno depre/hensus est: qua ex re Tyrannum illum uni ex machinis quas pro regio expugnando extruxerat uiuum suspendit / eamq; mu/

ris ammouit/existimans Reginos tela nō emissuros ne Pitonē uulne rarent:ille autem magnis uocibus exclamās Reginos exhortabaƭ ut tela in machinā torquerenƭ: nāq; aiebat signū libertatis esse proposi tum : ut Tyrechias ad Oedipum de seipso loquens inducitur / non tibi sed ignominiæ seruiens uiuo. Sic & philosophi ipsi iam memora ti dominā eis constituentes sapientiā liberi erant a Tyrannoꝝ calami tatibus:cum Tyresię Sophoclisq; uerba aptassent/eis nihil metuebāt: quæ aūt in alioꝝ pernitiem conspiciebant miserabanƭ: cum cernerēt immortalē non esse Tyrānoꝝ maiestatem: & qui cęteris terribiliores appareant magis ac facilius superari. Sic Athenienses Palladis ludos celebrabant:ubi Harmodii & Arystogitonis trophea decantabanƭ/ex tollebanturq;: Et Atheniensium tribuum acta, quibus triginta simul Tyrāni superati sunt. Sic quoq; Romanoꝝ facinora/illi enim ex Vr be Tyrannos expulere. Hinc Euripidis sententia/inquiens/ longo in teruallo ductos Tyrānos a paruis quoq; uiris & breui tēpore supera riƭ dura nāq; & horrenda mortaliū conditio/nec fieri potest nisi omni no efferati simus/& hyrcanis similes tygribusq;, quoniam eoꝝ cōmo ueamur calamitatibus, cū quibus iuncta nobis animoꝝ uincula exti tere. Non Horestem deplorabit Pylades, non ue Castorē Pollux, nō ue Euryalum Nyssusƭ quę Hyrcania tales feras enutriitƭ quis Cauca sus ƭ quis Prometheus tā dura corda formauit/ut mortaliū calamita tes non aspiceret, cerneretq;ƭ ut illustres peregere philosophi, nam sa pientiæ cultores existimabanƭ:quæ ut Afranio poetæ placuit/sapien tię usum/memoriæ filiam nūcupauit:Socrates uero/Leontesq; Ponti cus aiebāt/neminem mortalium/sed solum deum esse sapientē. Hinc extolliƭ Appius Claudius/qui nec publico nec priuato muneri defui it, q̄uis cęcus: Cicero Caii Drusi cęci domū cōpleri cōsultoribus solitā accepimus:cū quoꝝ res esset sua ipsi non uidebant, cęcū adhibebant, pueris nobis inquit. Hinc Eudemonidas audiens phiłosophū disserē tem/ꝙ solus sapiens est bonus imperator: sermo ait quidē admirādus est, sed qui loquitur/nunq̄ tubę sonitu fuit excitatus. Et Diogenes Ci nicus/ut Laertius meminit/ad sapientiā alludens, preconi inquit pre dica q sibi dominū emere uult. Et Plutarchus memorat/Pericle nego tiis intēto, Anaxagorā ferūt oī cura destitutū decrepi ta iā ętate spōte

mortem sibi fame consciscere decreuisse/eo nuncio permotũ Periclem ad eum suplicẽ peruenisse, omnesq; preces lachrymis adiunxisse/non illius sed sua potius gratia, siquidem talem in re pub• socium amitteret: expirantem uero Anaxagoram dixisse: o Pericle qui lucerna indigẽt ĩfundũt oleum: sed cũ spes mortaliũ laudis a philosophorũ disciplina expers percẽsenda foret: cum talis spes/ut inquit Aristoteles/sit uigilantis insomnium • Et Gneus/& ultimum aduersarum rerũ solatium, unde irridetur Laberius eques Romanus cum in suburbano mille iugera haberet, & a Caprario quodam qui adduxit capellas ad urbem decem dies singulos denarios prębere spopondisset/ coegit mille capras, sperans se capturum ex predio indies singulos denariũ ille: sed tum illũ fefellit spes, ut breui tempore omnes morbo amiserit: unde Martialis/ Dum leuis arsuro struitur libitina papiro: Iam scobre iam lecto/ iam pollinctore parato: Dum myrram & casiam flebilis uxor emit: Heroden scripsit: Numa conualuit• Ita enarratis philosophis euenisse Philostratus meminit: Eleates inquit & Zeno Equicottum interficere non multum laudis mereri uidentur: quia Thraces/ Mysios/& Getas in seruitutem ducere perfacile est, liberare autẽ stultũ cũ libertate non gaudeant: ut seruitutẽ nequaq̃ turpe esse arbitrẽtur• Quę autem regius Piton erga Dionisium non stabiliter regnantẽ agressus est, audaciam profecto prę se ferunt: sed cum esset omnino a Tyranno interficiendus, etiam si a reginis uulneratus non peregisset: mirabile quidem nihil egit: mortem pro libertate potius/q̃ pro sua diligens seruitute• Hinc in spem alludit Martialis: Supremas sibi tricies in anno: Hybleis madidas thymis placentas: Signa rarius/aut semel fac illud: Excussi loculosq; sacculumq;: Iro pauperior forem carine: Defeci iam: miserere carine: Mentitur tua quod sub inde tussis: Creso diuitior licet fuissem: Si cochem toties meã comesses: Et Therprion apud Lucianum Neredipeta conqueritur/coram Plutone Clitum diuitem septuagenarium uiuere, ipsum uero triginta annorum mortuum esse: cui Pluto ait, omnes qui mortẽ Clito optant alicui/ante illũ morituros: sic nec ut censet minus sapiẽter Platonem peregisse Siciliæ res potius q̃ Atheniensium emendare: unde iure etiam uẽditus extitit decipiens alios/& itidem ipse deceptus, hęc inq̃ pagẽs cũ

minus sapienter peregerit uerear, cum norim plerosq; talia audituros sic in spem non optimam Martialis disseruit: Hortatur fieri/quod te lupus urbice patrem: Ars est captandi quæ nolis uelle uideri: Dicat pregnantem tua se cosconia tantum: At tu concilio uidearis / ut usus amici: Ne credas nihil est/quo minus ille uelit: Ne faciat optat quo rogat ut facias: Pallidior fiat iam pariete lupus: Sic morere ut factũ te putet esse patrem. Sic inq̃ Calistenes/ne nunc quidem prauitatis infamiam excludit eosdem laudans/atq; deturpans, aut enim eos deturpauit/ quos laudandos putabat: aut magnificit q̃ censebat deturpandos: præterea si probos uiros nuncupauit, inuidiæ labem non effugere quit quę aũt assentãdo prauos laudarit ipe criminũ q̃ ab illis pagerent culpã feret: praui.n.si extollunt/laudẽturq; deteriores euadũt. At uero Diogenes Procheronia Philippo locutus/ q̃uis illũ cõpescuit ne arma afferret Atheniensibus/ cum tñ inceptis persisteret obiurgauit/sane hominem non emendarit. Crates quoq; forsitan culpa non carebit/ab homine ciuitatis amatore, q̃ Alexandri conciliis non consenserit/quæ pro Thebis instaurandis meditabatur. Hinc Herodes ad confirmãdas aduersus Arabes suorum animos, fallax inquit spes est quæ non suis uiribus nititur/sed alienis aduersis: sed prȩclarius Cȩsar, nam obsecrantibus Cæsarem amicis/ut præsidio corpus muniret/ multisq; suam operam ad id pollicẽtibus renuit facturum, satius esse differens semel mori/q̃ assidue expectatione pẽdere. Sic & Gneus nemo enim/inquiens/est tam timidus ut malis semper pendere/q̃ semel cadere. Et Dauid ille summus rex & uates, nam languescente puero/ quem ex Bethsamee suscȩperat / a cibo septem diebus abstinuit, quo mortuo lȩtior uisus est: rogantibus quid esset in causa, respondisse per hibetur, dum in spe constitutus/illa omnia peregisse/ut deum placaret, filio uero extincto futiles esse lachrymas. Hinc Bias roganti cuipiam qd̃ dulce esset mortalibus? spes/ait. Et Cyrus apud Zenophontem/mihi uidetur satius q̃ spem indicere hominibus: unde Naso, spes bona dat uires. Et ut inquit Seneca/Horam non possum tibi certam afferre. Nam facilius inter philosophos q̃ inter horologia conueniat: nempe simul philosophoꝝ perpetuũ illud dissidium periucunde obiurgat: Sane cui lateat q̃ inter se philosophi omnes discrepant/ dissen

tiantq;nam Thales Mileſius animam mundi deum putat. Democritus mentem ignitam mundi animam:Ariſtoteles formam ſeparatam ſpherę quidem uniuerſi innitentem:Pythagoras Monanda Epicurus ſpem humanam deos eſſe: Stoici deum ignem eſſe/ necnon ſpiritum qui mundum uniuerſum penetret. Deniq; Euemerus Tegrates / & Theodorus Chyronenſis nullos eſſe deos:Anaximander cęleſtia ſidera deos eſſe:Plato ſiquidem unum deum ex ſeipſo ortum cenſuit, terreſtres ut crediderim mali demones maleficis artibus ſe ſe modo bonos demones, nunc cęleſtes aliquando heroum animas uel alios atq; alios ſubinde autumantes/ uarios humanis pectoribus errores effunderint, mortaliumq; mentes a ueri dei dilectione/cultuq; auerterint: ut alii etiam portenta/brutaq; deos nuncuparent, ſummaq; religione uenerarentur/colerent/ac adorarēt. Hinc nimirum peractum extitit: ut Heſiodus meminit/ut maior cęli quorum in terris tū populus quā cęlitu haberi cœperit:ſed ut cenſeo, ſiquis mortalium ſanę mentis oritur a deo ipſo ſummo omnium parente / ad honeſtum aliquod opus/ & uitæ genus/ad q; exortus extitit imprimis aggrediatur/ hoc ſedulo proſequatur:ſed enim ipſe omnium architectus moderatorq; ſuis fauet inceptis, ad hoc inq̄ ipſum ſane præ cęteris eſt peractus, quod primum a teneris annis agis/loqueris/fingis/exoptas/imitaris / ſomnias quod tentas frequentius/lubētiuſq;, quod facilius peragis, quod ſummo operę perficis, quo prę cęteris delectares, quod relinquis inuitus: hic eſt ille nempe corrector orbis / cœleſtiumq; orbium te in lucē euexit/ac genuit, eatenus inq̄ tuis fauebit inceptis, & aſpirabit uitæ quatenus auctoris ipſius auſpicia proſequeris amplexuſq; fueris. Quippe cum de principiis rer̄ philoſophantes diſputant / nonne diuerſiſſima ſentire uidentur/aſtipulariq;: Nam & Plato deum materiam & idem deumq; ad ſui exitum ait mundum affixiſſe:idem Plato animantem eſſe mundum aſſeuerat:ſeq; ex tabeſcentibus alere: Democritus/ Ariſtoteles/& Epycurus id conſtanter negant: Thales aquam: Anazacoras Crazomenius particulas ſimilares: Eraclytus ignem: idem Thales unum eſſe mundum cenſuit:Democritus & Epycurus innumerabiles:ac eor̄ diſcipulus Methrodorus abſurdum eſſe diſſeruit in agris unicam naſci ſpinam/unūq; in infinito mundum, innumero autem

esse/q̄ innumerabiles eorum sint causæ: Zeleucus infinibilem mundum quidem unum:Empedocles mundũ quidem unum:sed uniuersi tantum exiguam esse particulam:at Archelaus Atheniensis aeris infiniti raritatem ac densitatem:Eraclytus ignem:Pythagoras numeros & eorũ cõmensiones:Empedocles amicitiam & litem:Aristoteles entelechiam/materiam & priuationẽ/elementa quatuor/& quintũ quoddam corpus:Et Zeno deum & materiam/& quattuor elemẽta: Aristoteles rursus sempiternũ uult esse mundum : Pythagoras & Stoici/genitum a deo/sed ex sua quidem natura nequaq̄ interiturũ immunem: Zenophanes sempiternum corruptionis expertem : Epycurus plane interiturum.Sic de astris uariauere:nam Solem Anaxagoras:Democritus / & Methrodorus/esse aiunt globum ferri candentem/ uel saxũ ignitum:Democritus conglobationem ignitam:Pythagoras ignitum Lunæ corpus : Zenophanes esse nubem constipatam: Stoici Lunam temperamentum igne/aereq;:Eraclitus uero Lunam terram dixit nebula obuolutam: Phylolaus Solem utri modo perlucentẽ/ab igne cęleste splendorem accipere:sed Zenophanes Solem nubẽ esse flagrantem:sic de magnitudine *horum discordes* sunt:nam Anaxagoras Solem existimat Peloponnessum maiorem : Eraclitus latitudine pedali: Anaximander terræ ęqualem circulum uero quo uehitur / septies/& uicies terræ maiorem:Parmenides ęqualem esse contendit,quorũ deliramenta & si luculenti scriptores illustresq; obiurgarint / confutarintq; affatim:ut in Apollogeticorũ uolumine / in aliisq; uoluminibus a nobis exaratis ample ediximus/ac præclare memorauimus , sed utreor mortalium animus si uera disciplina ac religione cęlestis euaderet/si expurgetur a sordibus/& omnium ab eis quæ ueherent sibi dissimilia diuinis illis spiritibus,quę quidem sordes non solum intra uiscera si fuerint/uerumetiam si in animo/si in cute/si in indumentis/si in habitatione/& aere spiritum frequenter inficiunt, efficieturq; inq̄ coelestis si ad deum ipsum motum omnem animi/corporisq;adiiciet , & si ad aspectum diuinæ lucis mentem cogitationem/ frequentiorem etiã ipse subrutilet,si adhibeatur ei similia/cęlestibus illis spiritibus/fruaturq; diligentia illa exacta,qua Auicenna etiam animi/mẽtisq; labes curaret:ubi primum segregantur ab eo criminum labes/ sordesq; animum obnubilantes

mum obnubilantes diuinis illis perlucentibus cęlestibus armoniis il lustrat. Et ita deus ille summus ab eo colatur/ueneretur: fiet inq̄ cœle stis/quantum ueræ religionis dictat ratio: si applicentur ei potissimū diuinæ christianæ religionis radii influxusq; ipsius inter cœlestia do/minantis, atq; ita inq̄ ex hoc super illustrato spiritu/tanq̄ in eo in me dio cœlestia bona imprimis incita sibi/in nostrum tum corpus/tū ani mum exundabunt: bona inq̄ cœlestia cuncta in deo omnium parente omnia continente florescent / effulgent / rutilant / illustranturq;: nam & prisci illi qui a uero cultu aberrabāt/ deoꝝ religionem q̄uis de liram grandi studio uenerabantur/obsequebanturq;. Hinc Camillus malentibus Romanis ex Vrbe discedere/ in oratione quam habuit in uenietis inquit omnia ꝓspera euenisse sequentibus deos aduersa sper nentibus: Et Fabritius Cynea differente Pyrrhi legato deos ab ira lon gissime amotos/ex epycureoꝝ suam nec ullam hominum suscipientes ociosos esse exclamās, o utinā inqt hæc Pyrrho & Sānitibus cordi sit, q̄diu aduersus nos bellum gerunt: nam & Epycurus ut meminit/ pri/mum esse deos disseruit, quod in omnium animis eorum notionē im pressit. Abrahamus ille uir illustris primus deum cunctoꝝ parentem architectum rerum omnium esse edocuit. Hinc Diogenes Cinicus di/centi Liciæ Pharmapocolæ an deos esse crederet? quomodo inquit nō credo qui te diis hostem acerrimum esse puto: Et Barbaces magnę ma tris sacerdos, ut Plutarchus auctor est/ Mario contra Theutones bel/lum gerente/cum uellet ad senatum referre a matre deum uictoriam sibi nunciatam, ac ob id precaretur templum deæ/decerni prohibitus a Paulo Pomponio tribuno/ęque ipso pulpito deturpatus, sed dimis/sa concione febris statim Paulum inuasit/ intraq; septimum diem oc/cubuit: Cacadęmonis astu ut crediderim: Et Liuius de prisca deorū/ & delira religione: eodē inquit anno Posthumia uirgo uestalis de in/cestu causam dixit/crimini obnoxia / ob suspitionem propter cultum ameniorem/ ingeniumq; liberius q̄ uirginem deceret parum abhorrēs famam ampliauit, deinde absolutam pro collegii sententia Pontifex max. abstinere iocis, coliq; sancte potius q̄ scite iussit: scite uero ossa diis sacrificant, ipsi autem uescuntur carnibus. Sic illud Græcorum Romanorumq;/nam ueteres multos deorū uocabulo nuncuparunt,

inter quos Pilumnũ/Pitũnũq; fratres coluerũt,ille.n.pinsendi usum adinuenit,& ideo a pastoribus colebat:& ideo Pilum dictũ, hic stercorationem inuenit/& Sterquilinus dictus est:& aliud nõ est illepidũ atq; infacetũ/ut Liuius memorat/nam & Tarquinius supbus qui ultimus ex Romano℞ regibus extitit,cũ Ioui ex oraculo templũ condere uellet in Tarpeio cæteris diis abeuntibus/solus terminus noluit accedere:At Thraces Xamolsin dæmonem colebãt,eiq; nunciũ delectum quendã destinabant, qui ferunt datur negotiũ ut tria iacula tenerẽt/ atq; ab aliis cõprensus nuncius in sublime iactabatur qui in iacula desidebat/is si statim extingueretur/propitium sibi deũ arbitrabãtur, si minus alium sufficere.At Cyrenaici Achorem musa℞ deũ inuocabãt/ afferente pestilentiã illa℞ multitudine/quę protinus interebant,cum litatũ esset fato illi deo:ut Plinius edocet: at Agesilaus/ut Plutarchus auctor est/nam cũ oraculũ a Ioue in Olympia accepisset/iubentibus emphoris & Pytium consuleret:Delphos profectus Apollinẽ deridẽs interrogauit/an quæ patri/eadem ipsi quoq; uiderent?Dyonisius Tyrannus notissimus irrisor in Aesculapii barba aurea/& in pallio aureo sublato, ut meminit *Diodorus:hinc Plinius* Aegyptii cępas(inquit) inter deos iureiurãdo habent:iidem apim/bouem mira cũ solertia/ sollicitudineq; inueniũt:qui toto corpore niger est/in fronte habens candorem figuræ quadratæ/in tergo aquilã/in palato caudatũ/duplices in cauda pilos: hunc aliquando cũ sacerdotes adduxissent Cambises/ ueluti uecordior/educto mucrone cum uellet ferire/uentrem femur percussit/cachinnãsq; ad sacerdotes,inqt/o capita neq; hmõi dii uestri sunt sanguine & carne imbuti?& ipi Aegyptii inuocãt Ibes suas cõtra serpentium aduentũ:siquidem prisci illi portenta/delirosq; deos colebant/uenerabãturq;:cum dei opt.max.omnium auctoris/parẽtisq; cognitione carerent:sed cũ religio ipsa christiana diuinitate illustrata referta/q;/mortalẽ ipsum ad uirtutẽ oĩa refert illum secũ concordẽ/sibiq; consentientẽ/ac talẽ ut ipse de se nihil querat pacis/& gaudii suffultũ semp sibi ipsi amicũ/ac beniuolentẽ credidit hominẽ: nõ hic bellũ impiũ in mẽbris non affectus parũ/dicto audiens rationi/non cupiditas cũ cupiditate pugnans/nõ concursus cogitationis/cũ cogitatione,nõ uelut in cõsinio cupiẽtis/ac asperitas/cõturbulẽtia cũ delectatione cõ

iuncta, non seditio seditionem enutrit, sed amica/pacataqꝫ omnia per quę fit ut unusquisqꝫ pluribus fruatur bonis, ac seipso gaudeat fruiturus diuinis illis cœlestibusqꝫ armoniis/una cũ cœlestibus illis spiritibus ad cęlestes illas/æthereasqꝫ sedes migrare, ubi omnis pax uiget/& quies regit/seditioqꝫ cessat, non ue inter terrestres ipsos philosophos/ qui ꝑpetuo dissidiũ seruant, ut iã memorauimus: nã neqꝫ uero secus de animę principatu quã uidelicet in parte sit longe/late dissidet: Herophilus enim in uentriculo cerebri sedẽ animæ collocat: Plato & Democritus in toto capite: & Erasistratus circa mẽbranam cerebri/quam epicianidẽ uocat: Strato in supercilioꝝ interstitio: Parmenides & Epycurus in toto pectore: Diogenes in arteriaco cordis uẽtriculo: Stoici in toto corde uel spiritu/qui circa cor uersatur: nõnulli in ceruice cordis: quidam in pręcordiis: & Empedocles in sanguinis concretione: Quippe ueritatem & archanum opificis summi / ac uniuersi / ac rectoris humani ingenii/ q̃uis perspicacissimum puris naturalibus ꝑspici nõ posse philosophoꝝ delira mẽta ostẽdere: Martius inquit/quos antiquitas & numina quędam suspexit & coluit: & de anima disputantes imprimis balbucinati sunt: nonnulli siquidẽ mortales animas esse dixere asserentes/ac numerũ quendã impar/& in noua corpora migrationẽ posuere: itaqꝫ nunc in feras quadrupedes/nunc in uolatilia/nũc in pisces deiecerũt: in hoc Pherecidis Cyri/qui primus philosophantiũ de animoꝝ mortalitate disputauit, eiusqꝫ discipuli Pythagorę uanitas fabulatur/cuius delirum acumen secutus est Plato, unde ipse Pythagoras animã diffinit numerũ seipsum scientẽ: Aristoteles ẽntelechiã primam corporis: Dycearchus quattuor elementoꝝ armoniã: Thales naturã inrequietã se se mouentẽ: Asclepiades medicus sensuũ cohercitationem: Plato substantiã in intellectũ præditã: Stoici spiritũ feruidũ: Anaxagoras aeri similẽ: Democritus ignitũ quoddam: Epycurus elementarem tẽperantiã: Empedocles animã demersit in sanguinẽ: Arystozenus ne a musices disciplina/quã profitebat᷑ discederet / armoniã esse asseruit: rursus Zeno Stoicoꝝ princeps ignẽ: anima Democriti cõcursu fatuito athamoꝝ efficitur: hic ueritatẽ in puteũ demersam esse dixit, ut Laertius memorat/iccirco haud mirandũ/ si illa ꝑ tot annos haurire nequeũt: desipit oĩo Dycearchus animã nõ esse tãtũ impru

denter affirmans: Cicero expositis uariis de anima sententiis inquit/ harum sententiarum quę uera sit deus aliquis uideat,& alibi quoniã utrãq; sentẽtiã doctissimos habuit auctores/quid certi sit diuinari nõ potest, q̃uis ipse Cicero aliquãdo disseruerit/ q humanus animus decerptus sit ex mente diuina/cum alio nullo nisi cum ipso deo si hoc fas est/ dictu cõparari potest:nam nihil est animo prestantius nihilq; diuinius/ est.n.animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus,ut inquit idẽ Cicero/& quasi demersus in terra locũ diuinę naturæ/æternitatiq; cõtrarium:sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana/ut essent qui terrã tuerent,quiq; cœlestium orbẽ contẽplantes imitarentur cũ uitæ modo atq; constantia: nec solum ratio/ ac summorum philosophorum auctoritas/ ac disputatio/& nobilitas me impulit/ut ita crederẽ:Et Naso/Morte carẽt animę:Singula quid referã nihil mortale tenemus, Pectoris exceptis ingeniiq; bonis. Et Satyricus/sensum a cœlesti misso traximus/Arcimus:separat hęc a grege mutorum:atq; ideo uenerabile soli: Sortiti ingeniũ diuinorũq; capaces:Atq; exercẽdis/capiendis artibus apti. Et Lucretius/ Ennius æternis exponit uersibus edens:q̃d neq; permaneãt *animę/neq; corpora* nostra:cedit.n. retro de terra q̃d *fuit ante*, In terra sed cõmissum est ex ætheris oris:Id rursum cęli fulgẽtia tẽpla receptãt. Et Macrobius animarum originẽ manare de cœlo inter philosophantes indubitatę constat esse sententię,& hæc est perfecta sententia, & unde orta sit/& de quo fonte orta sit recognoscat: Et Phocylides/anima aũt immortalis/& insenescibilis uiuit in ęternũ Et Menander/melius est corpus q̃ animã egrotare: animã cura tui ipsius inquantũ potes/eãq; assuesce ad utilia opera. Et Themistius/si ueritatem de anima cognouerimus/ualde magnũ nobis erit introductorium ad omnẽ ueritatẽ/& ad oẽs partes philosophiæ insignes dat occasiones/cum intellectu nihil sit diuinius/& ille intellectus qui plura intelligit nõ est nobilior/sed qui digniora,& licet quidã ex priscis imortalem esse animã affirmarint, sed unicã omnibus mortalibus illã tribuentes/quo nihil absurdius edici potest/excogitariq;:quidã educunt illã de potentia materiæ,ut cęterorum animantiũ animas/quã sententiã undiq; phpanã,stolidũ pecus/& caro insipida ossitãs:ut inqt Martius ille Epycurus euomuit/quẽ gentilis philosophię nõ hominẽ/sed suem

merito appellabimus: Poetę animarum excellentiam Platonico illo furore suspicantes/immortalitatē illis quidē sed nō eo modo quo debebāt tribuerunt. Et Eurypides qui poeticā sectatus/ schenicus philosophus cognominatus est/animam humanā dixit esse deum: & Seneca dicēs/ nil aliud est nostra ratio/q̄ pars diuini spiritus in corpus nostrū imersari, quā opinionem ut improbā, diuinus Aurelius improbat his uerbis: non aliter arguendi sunt q̄ heretici/qui animā deum esse dicūt: nā si sic esset/nec in melius/nec in peius labi posset confutens eā: & Thomas Aquinas inquit/idem est dei inspirare q̄ spiritū facere, nō de substantia sua/sed de nihilo, licet etiā Seneca disseruerit/ tutū iter dicens ad quod naturate instruxit: dedit tibi illa qđ si nō deserueris / par deo consurges, parem aūt deo pecunia nō te peraget: deus nihil habet/ nudus est fama/non faciat/nec ostentatio tui, nemo nouit deū/ licet multi male de eo existiment/& impune: non turba seruorum lecticam tuam portantiū: deus ille maximus/quia ipse uehit omnia/nec forma quidē & uires beare te queunt: nihil horum non patitur uetustatē: quid ergo inquit animus, sed hic rectus animus magnus: quid alium uoces hunc q̄ deum incorpore humano hospitantē: nā nihil magnum est in rebus humanis, magna despiciens. Hinc Plato/ad hoc anima coniuncta est corpori/ut fruatur scientiis/& uirtutibus: si aūt magno cū feruore se inuenerit/benigne recipiet a suo conditore, sin aūt relegabitur ad inferna: & Gneus sursum animū uocat inditia sua, erit aūt illic etiā anteq̄ a custodia exoluatur, si uitia sua deseruerit purus/ac lenis in cogitationes diuinas emicuit: hinc Propertius/ Sunt aliquid manes lætū/ non omnia finit: Luridaq; euictos effugit umbra rogos: & Manilius/ An dubiū est habitare deū sub pectore nostro: In cęlū redire animas/ cœloq; uenire: & Tragycus/Sola ꝑpetuo manent subiecta nulli, Mētis atq; animi bona florem singuli carpiunt dies: hinc Macrobius/tria sunt inquit quæ ex animi prouidentia accipit, corpus animalis ut uiuat/ut decore uiuat: & ut imortalitas illi subsequatur: Aristoteles philosophorum facile princeps diuersa habuit principia: & sic de imortalitate animorum/aut aberrasse perhibetur/uel ambiguus ꝑfecto perstetit: cū uir imēsi ingenii/puris naturalibus sine diuino splendore uteretur: idcirco diuus Aurelius qui eminentissimo ingenio cœlos penetrauit. philoso-

phi inquit nescientes ad quē finē hęc essent referēda, inter multa quæ locuti sunt/ ueritati falsa imiscuere: & diuus Hieronymus nō semper inquit sed aliquando uasa dei/ quę sunt dogmata ueritatis reperiunt, & quis animę imortalitatē ut differebā aliquo modo/ & confuse cōcesserint philosophi: illam tñ naturali ratione a priori ostendere nequiuere: non igit rationes nostras illorum cōmenticiis/ argumētationibus cōfirmare debemus: hinc ille Paulus electionis uas/ qui non in umbraculis philosophorum/ sed in raptu ab istis sensibus in tertio cęlo a summa ueritate institutus percepisse/ hausisseq; archana uerba/ quæ nō licet homini loqui, seq; nō ab homine accepisse euangeliū: sed per reuelationem iesu christi summi degloriatur / his uerbis Collocenses monet, uidete inquit/ne quis uos decipiat per philosophiā/ & inanē fallaciam/ secundū traditionē hominū, secundū elementa mūdi, & nō secundum christum / quæ in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Socrates profecto sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus/ & illorum fons/ q eruditius philosophati sunt, ab eo.n.oēs philosophorum alicuius nominis disciplinæ emanarūt: unde Hieronymus/ legi te Platonē/ Aristotelē/ Theophrastū/ Xenophōtem/ & reliquos/ qui de Socratis fonte manātes/ diuersis concurrere fluminibus: Socrates inq ueritatē se ignorare professus est/ cū moriturus de animorum imortalitate disputaret/ his uerbis/ utrū sit melius/ dii imortales sciunt, hominē aūt arbitror scire neminē: Quapropter inquit Gellius/ necesse est/ oēs philosophiæ sectas a ueritate esse alienas: quia homines erāt/ qui illas constituere, nec ullū robur/ aut firmitatem habere queunt, quæ ullis diuinarum uocum fulciunt oraculis: abiicite inquit Leo pontifex exosa dominio mundanę argumenta scientiæ, per quā nemo ad cognitionē ueritatis ualuit peruenire: abigat procul terrenarum caligo rationū/ & illuminante fidei oculo humanæ scientię fumus accedat: diuina est enī auctoritas cui credimus, diuina est doctrina quā sequimur: nos igit qui christianæ religioni recte philosophamur/ & quibus doctrina est inspirata diuinitus animas rationales incipere quidem a summo deo creari/ eodēq; creatiōis origine in corpus iā cōpactū ifundi asserimus/ imortalesq; esse nō sua essentia, hoc.n.dei summi propriū est, id quippe qđ est pręter deū inceptū/ aliquādo caducū est/ & momentaneum,

sed diuina prouidentia nōnullæ res/inter quas animæ rationales con seruantur & manent: magnus ille Plato ad ueritatē interdū accedens nostrā essentiā diuinæ essentię/ cōparatā essentiā nō esse asseruit: nec diuinæ Theologiæ conueniens est, ut aliquid incipiat & non desinat naturali instituto: hinc Aurelius / credendum est / inquit/ firmiterq; tenendum: q animæ non sint ab initio creatæ, & scribens ad Hieronymum inquit / immortalis est anima secundum quendam modum/ nō enim omni modo sicut deus/de quo dictum extitit, quia solus habet imortalitatem: unde Cicero/nulla in terris animorum origo inueniri potest: nihil est in animis mixtū/atq; concretū: aut quid ex terra natū atq; fictū esse uideat, aut humidū quidē/aut flabile/aut igneū: his.n. in naturis nihil inest/qđ uim memoriæ uentis cogitationis habeat, q & preterita teneat/& futura preuideat/& cōplecti possit presentia/quę sola diuina sunt/nec inuenit unq unde ad hominē uenire possit / nisi a deo inquiens / nihil est animis admixtum / nihil concretum / nihil coagmentatum/nihil duplex, quod cum ita sit/certe nec secerni / nec diuidi/nec distrahi/ nec interire potest: igitur est enim interitus quasi discessus/& secretio/ac directus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur: hinc Crispus/ alterum nobis cum diis/ alterum cum beluis cōmune est: cum diis scilicet anima / cum beluis/ corpus: at ingenii pręclara facinora/uti anima/ immortalia sunt: unde ad Thimoteum sonora illa Pauli tuba/doctorisq; gentium: serues inquit mandatum christi suis temporibus ostendet/beatus est solus potens/rex regum/& dominus dominantium/qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: ibiq; Nicolaus de lira / sola trinitas inquit/habet ex se necesse esse/ omnis autem creatura eo q est de nihilo uertibilis est in nihilum / quantum est de se nisi diuina irradiante prouidentia illesa permaneat: hinc diuus ille Gregorius inquit/ omnia tenderent in nihilum nisi omnipotētis dei optimi max. manu teneretur: habitat inaccessibilem lucem/quoniam nulli mortalium illius maiestatis immensitas omnino patet; sed Siluius Aeneas Platonicus / christianæ religionis / diuinæq; apprime eruditus/ac etiamample illustratus /ex Theophrasti sententia disseruit / Ego tibi inquiens ueterum archana / sapientum ueluti in sacro quo

dam adito tentabo aperire: Heraclitus quidem qui successionem per necessariam perscripsit/posuitq; e summis ad ima, cōtraq; ex imis ad summa iter animā agere disseruit: Ecce enim laboris immodici in eisdem supernis licet sedibus perenni/perpetuiq; degendo fatigari/& cū diis conuersari/iugiter eisq; subiici, atq; ideo partim quiescendi desiderio illectam/partim imperandi/in spe ferri ad inferiora animā edixit: Porro Empedocles exterreret/legē esse edocēs/ ac dicēs/animabus quā tæ peccauerint/ut de cęlestibus ad ima dilabantur/ id fere subsinuas, quod & Pythagoras insinuauit/ac edixit: Auus autē noster Plato dissserēs/plurima atq; pręclara dixerit, deq; hoc eius itinere plerisq; in locis meminit/& nunc quidē in Phedrone/Socrates sensibilia cūcta cōtendens/est animę ad corpus cōmunionē perhorrescens uictam, ac ueluti in corpore sepultā animā queritur, uehemēterq; probat/atq; admiratur archanū illud, est uetus elogiū quod dicitur: In carcere quondā/ Postq̄ uenimus fuimus/hoc autē omne: Empedocles quidē antrū dixit: Plato aūt in his quos de repub. descripsit libros/imutato nomine Speleū appellat/deniq; profectionem: hinc animę nexuū solutionem/ Speleiq; esse ait, als autē Phedro, Socrates descendentes animas pennis leues intueri se dixit, easq; quibus pēnę defluerint grauari pondere/ac deorsum ferri, quoad corpori appropinquātes subsiderēt: & hāc aduentus animę causam esse, rursusq; cū ad superna redierint/ euolutis quibusdā tempoꝝ circulis/hunc illā denuo præcipitari/& ad iuditium atq; ultionē mitti: qui est sors/& sors/ac necessitas: hunc illam ut est eius sentētia detrahunt, ita cū omnibus in locis descensum animæ ad corpus detestatus esset, Thimeū postea cōscribens emutata suum huiuscemodi aduentū extollit/laudatq;/atq; hunc mūdū admirat, felicem deum appellans, animā quæ hic apparuisse perhibet suscipit, eamq; a summo reꝝ opifice condonatam/ & ipse percensuit, & alios ut percenserent quæ uiderint/ quæ summa ui persuasionis educit, operæpretium fuisse asseuerans/ut hoc omni mente ac ratione teneretur: inanimatum enim fieri opus a deo eximium non potuisse, sed perfectum / atq; consumatum: id autem uniuscuiuscunq; animam conferendum uniuerso sensibile hoc extitat/continet /ornat/ atq; etiam disponit / sponte uolenti conditori seruiens ne imperfe



ctum uiderec/pulcherrimũ hoc illius opificiũ, uoluit enim supremus ille rex opifex in hoc mũdo sensibili/ac uisibili ostendere, quæq; in intellectuali illa est/inuisibili multis antea seculis illa erant: hæc Plato disseruit: sed Aristoteles ille non ita percensuit/sed nouo & ficto noīe ęnthelechiã appellat animã/utq; materiæ extremã/ ut(dicitur)imponat manũ eam /cum sit species una cũ corpore dissolui autumat, quo absurdius nihil edici quiuit: siquidem materia.n.sola est quæ potentiam cõtradictionis/& an nõ esse includit, intellectiua aĩa cũ sit oĩum formarũ materialiũ capax, materia careat necessum est: nec capacitas illa probatione indiget/propter illius intellectus possibilis amplitudinem, qui suapte natura est oĩa fieri: consecutio uero ipsa ipsius Aristotelis sentẽtia cõprobac, differẽtis omne principiũ denudatũ esse oportet/ab omni forma recepti: cui etiã Auerrois assentire uidec edifferẽs de anima uerificari illa tam in actione reali / q̃ in actione spirituali, a qbus nec Plato ipse a Thimeo dissentit, oculus.n. omniũ receptiuus colorũ debet esse abscolor: immaterialis igic cũ sit anima/neq; corpus est/neq; uirtus in corpore: omne.n. corpus ex materia cõstat: uirtus uero quęlibet corporea/seu organica/uno tantũ genere septa est: uisus.n. odores non percipit, neq; olfactus calores: nec illarũ ulla est/quę in sui cognitioné ferac, uelut anima/quę nõ modo seipsam intelligit/ sed reflectione peracta agnoscit se intelligere, cœlos etiã transcendẽs/æthereaq; rimatur/ac conspicit mente ipsa/prout diuina illa prouidẽtia expermittit. Hinc illud Dionysii/mortaliũ.n. animas ait ex bonitate diuina esse cõsecutas, ut sint intellectuales/& habeant substantialẽ uitã indeficientẽ: unde Siluius Italicus/Cui ratio & magnæ cęlestia semina mentis: Munere sunt concessa dei mortalibus alti. Quantũ cęlicolę tãturidẽ animalibus isti: Prȩcellunt/cũctis tribuit/nãq; ipse minores: Hos terris natura deos: Et Cicero/maximũ uero argumentũ est/naturam ip̃am de imortalitate animorũ tacitã iudicare/qđ oĩbus curę sunt, & maxime quidem quæ post mortem futura sunt: serit arbores quę alteri seculo prosunt: ut ait Ennius in fine æphebis / quis spectans nisi etiam postera secula ad se pertinere: ergo arbores serit diligens agricola quarum aspiciat baccam ipse: nunq̃ uir magnus leges & instituta reipub. conferet: quid procreatio liberorum: quid propagatio

hominis? quid adoptiones filiorum? quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulchrorum monumenta? quid elogia significant/nisi nos futura etiã cogitare? rursus quod natura anima sit inuisibilis ex eius agnoscendi itinere ostendit: sic ut Academicus percẽsuit/sic mihi inquiens persuasi, sic censeo/cum tãta sit celeritas animorum/tãta memoria præteritorum/futurorum prudentia/tot artes/tantæ scientiæ/tot inuenta, nam posse eã naturam quę res eas cõtinet esse mortalẽ: cũque animus semper agitet/nec principium motus habeat: quia ipse se moueri, nec finem quidẽ habiturũ qui nunquam se ipse sit relicturus. Hinc illud Xenophontis/ut Cicero meminit/Cyrus aũt maior moriens inquit/nolite mihi arbitrari carissimi filii me cum essem in hoc corpe/ex his rebus quas gerebamus intelligebatis, eundem igit esse creditote/etiã si nullũ uidebitis: & Cicero mihi nunquam psuadere potuit/animos dũ in corporibus essent mortalibus uiuere/cũ ex his exissent emori. Et Siluius/At nos sydereas quas nulla æquauerit ętas: Ite decus terrarum animę uenerabile uulgus: Eliseum & castas sedes decorare piorum: Et si Theophrastus meminerit de Pythagora meminisse se aliquãdo in Troiano bello Euphorbium fuisse: unde Aeneas Platonicus: *Ista illa* inquit cũ gloriabundus differeret, id potissimum persuadere nitebatur, quod & docebat antea/scilicet uixisse animã: eadem uero mente ac illusione cum annos decẽ in subterraneo cuniculo delituisset/postmodũ uero ab inferis rediens a Plutone se audisse memorabat immortalẽ esse animã: itaque credi oportere: huius imitator ille Apollonius Cappadox postea extitit/cũ de his quæ apud Indos sapientes erant/fabellas hmõi texent: græcisque referret/quod illi scilicet noscent/quid nam aliquando fuissent, bene sane naiuiter ad eos testes cõfugit, qui extra orbem sunt: sic tamen & ipse mẽdax cõuincitur: nam neque Ctesias qui de Indis plurima ac fabulose cõscripsit, usquam has fabulas contexit: neque Arrianus qui Alexãdri historiã uerius quam fabulosius scripsit, ullam huius dogmatis mentionẽ peragit: cum Brachamanũ Alexandri congressionẽ diligenter exequat: in qua illũ uti modica habẽdi cupiditate abstinere monent, & certa ei figmẽta tps uidebat exigere, uti Alexandrũ qui nihil mortale metueret/uel hmõi pauoribus teneret: tũc.n. pfecto/tũc maxime philosophię argũmẽta oia mouẽda erãt, oẽsque exercẽdę uires cũ deseruitute patrię/ac ua

ſtitate periculũ/aut obſcure imminet: Apollonius inquiens/ falſa proſecutus eſſe conuincitur: At Hyerocles qui mirabilia dicturum pollicebatur, etiam deliramẽta inſeruit: nam cũ in ſolitarium ac deſtitutũ applicuiſſet locũ/eiulatibus & planctu cũcta impleſſe / adoleſcentem conſpexiſſe ibiq; a ſuis adamatoribus in priori uita/ cum adoleſcentis ſpe frui nequiſſet ſuffocatum ſeq; idcirco lachrimari / ꝙ illi clarificatus non eſſet, per quam ſane ridiculum/ſi lubricus ac laſciuus adoleſcens reminiſcit᷑: Socrates & Plato nõ reminiſcunt᷑, neq; aliquid ex ante acta uita ſcire gloriant᷑: enimuero apud Caldeos/Aegyptios/& Grecos/hi quibus carminũ perdiſcendoꝝ cura eſt, olimq; uita defunctoꝝ animas ſcire profitentur, ſuiſq; carminibus quo uoluerint ducere/atq; protrahere: ſiquid Homeri animã euocare malueris/ſi Orphei/ſi Phoronei / ſi Ciclopis immolatis gallis gallinaceis caracteribuſq; ſubſcriptis eas excitare ſe / atq; oſtendere delirabant dęmones (inquiens) magicis artibus/ſacriſq; ſacrilegiis, ſcientq; qui Homerum/ Phoroneum & Ciclopem fingant: at enim pollicentur ſe/qui ſunt eiuſmodi parentes quoq; ſuos ſingulos carminibus aſcitos in conſpectũ dare/ ſed profecto preſtigiis fallunt: neq; enim patrẽ/neq; matrem euocant/ſed dirum quendam & immitem dæmonem, qui utrũq; ſimulat ac oſtẽdit, deniq; ſimul ac Solis iubar illuſit pompa illa omnis/ac uiſio ſoluitur: ita auiculaꝝ fabella eſt/ꝙ iactatur/nihilq; inſeueri/nihil ſolidi habet. Hinc Lactantius alioquin inquit/nihil inter hominem & deum differret/ſi concilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ cogitatio aſſequeretur humana, ſiquid talem animæ immortalitatem philoſophi nõ nouerunt, quam profecto nouiſſent ſi prius naturalibus/ quorum excellentia quaſi ſupra hominem præditi erant perſpici potuiſſent: idcirco non ab illis pondere/ſed illos ad ueritatem diuinæ orthodoxęq; religionis/dogmatiſq; trahere impellimur, qui nõ a mortali/ſed ab eo apud quẽ mortaliũ ſapiẽtia ſtultitia eſt: ut inqt Paulus/& ianua mortis diffinit᷑/atq; materia æterni interitus approbat᷑: nos igit᷑ inquit Cęlius/certioribus ſignis eligere poſſimus ueritatẽ/qui non ancipiti ſuſpicatione collegimus/ſed diuina traditione cognouimus, & nobis diuinatiõe opus iã nõ eſt: ut Cicero edixerat/qbus ueritatẽ diuinitas ipſa patefecit imortalẽ animã/inqt Hieronym9/& poſt diſſolutionẽ corpis

subsistētē Pythagoras somniauit: Democritus nō credidit in cōsolatio ne suę dānationis: Socrates disputauit in carcere: nūc aūt (inquiens) Indus/Persa/Gotus/Egyptius philosophantur: Eluessorum feritas, & Pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam in feriis ho mines immolabant: stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos, & totius orbis una uox Christus est: relictis igitur philosophorum syl logismis/& caligine tandem munere cęlesti discussa erroris. Hinc illa diuina Theologorum ratio/omnis forma corruptioni obnoxia, de sui ipsius materiæ potentia educitur: causa quippe corruptionis materia est, animam uero humanam de potentia materiæ non educi Aristote les memorat/differens ipsam foris aduenire/ac esse diuinam. Hinc di uus Aurelius non ex his notis usitatis quæ naturis aīa pacta est: quasi istis corporeis sensibus tāgimus: nam neq; ex terra/neq; ex aqua/neq; igne/neq; ex aere/neq; ex his omnibus / neq; ex aliquibus horum con iunctis animam constare puto: sed diuina christiana religio non agen te ullo naturali/sed a deo summo omnium parēte creari ex nihilo asse rit: & infundi ea insuper essentia/quæ mente/quæ ratione/quæ intelle ctu prędita est, immortalis habetur/ac perennis, omnia quippe diui na immortalia sunt: at anima ea parte qua contemplatur/& sapientiā suo studio/laboreq; tandem consequitur mortalis ipse, ut diuinum quid operatur/aut in se diuinæ satis quid habet, deoq; tandem similis quoad humanis uiribus condonatur: Hinc diuus Aurelius/ ne a sui creatoris (inquit) similitudine discrepare uideatur/ non enim poterat esse imago dei/si ullo mortis termino clauderetur: prętereo Auicennā differentem/cum anima (inquit) liberabitur a corpore/ab accidenti bus corporis tunc agenti intelligentiæ coniungi poterit, in eaq; pul chritudinem intelligibilem/& perennem delectationem inueniet: & intelligentiam agentem appellat deum: prætereo Galenum differen tem/sicut lumē Solis quod est incorruptibile separatur ab aere/& om ni oculoꝶ intuitu sine sui corruptione, sic & anima sine sui corruptio ne separatur a corpore: prætereo Platonem/qui Phedrone ait animus purgatus/hinc exiens habitabit cum deo: & alibi /anima est immorta lis, & ut arcuerit passiones/uel uicta fuerit pręmiabitur/uel punietur post hāc uitā: Et Cicero/sic habeto omnibus qui patriam seruauerūt

& uiuerint

& uiuerint/hauserint/certũ esse in cœlo diffinitũ locum/ubi beati ęuo sempiterno fruant: Et Cęlius/ut ex hoc sciamus humanũq; spiritum non esse mortalẽ/q; deum qui est ĩmortalis & desiderat/& agnoscit, & alibi apparet/inquit/animã non interire, quia deum qui sempiternus est/& querit/& diligit. Et si Siluius Academicus ex Theophrasti sententia disseruerit/q; ex materia & specie corpus hominis constat, materia itaq; hominis corrumpit/atq; dissoluit: cæteꝝ speciei ratio incorrupta/constans/ac solida/immortalisq; perdurat: quæ profecto ualidissima permanens: humũq; per girũ seminis cogens/ac circũfusum attrahens humorem/& calorẽ circũfouens extinctum suscitat: triticum radicesq; altius figens/herbam profert/culmũq; erigit/& spicas nutrit & aristas/prorsusq; humo abditum triticum excitat/& ad messem flauescere incrementis perpetuis facit: ita & farrium ratio/farra itidẽ suo munere seruat, reliquorũq; seminũ ratio constans perpetuaq; perdurat/nihilq; eoꝝ mirant homines, uerũ credibilia omnia existimant: si uero seruari hominem persuadeat ratio/inuidia dęmonũ homines ut credant/induci uix possunt, si igitur in his quæ mortalia sunt/speciei ratio est ĩmortalis, multo sane magis ĩmortalis animæ/immortalis est ratio/neq; ulla temporis uetustate soluetur: uerũ in seipsa iuiolabilis/manens ubi prestitum tempus aduenerit, cuncta enim optime predicta sunt & ordinata excitabit materiã, atq; ui sua in antiquũ cõponet statum: ut anima ea specie sit facilior cognitu: atq; ipse qui tunc nutu suo omnes excitat, deus omnes animas ad suam emittit speciem/disseperat/atq; distribuit pro meritis singulis: ut peragunt apud mortales pastores optimi/quibus cum sunt innumeræ oues sua singulis loca distribuunt: equidẽ cum imbribus deus irriget terrã/innumeræq; sunt & uariæ arbores/& herbæ, & aqua una/cuiusq; tamen ratio eadẽ aquã in suam speciem & figuram transfert, coloremq; & magnitudinẽ/dulcedinẽ & amaritudinẽ/omnẽq; prorsus reliquã suam qualitatẽ: cũ semper id fuerit admirationis stuporisq; plenissimũ : nunq̃ tñ sapientes, sin uero ad ęterni opificis edictũ memor ĩmortalis anima speciem suã recognoscat/atq; reassumat: adhoc solũ hęrẽt/fluctuãt/atq; aduersant: species igitur eiuscemodi in initio prodidit/talis etiã permansit, at uero materia subiecta cum sit omni qualitati/subiectioniq; exposita/mu

tationem in meliusſuſcipit,exépli cauſa fuit temporis uetuſtate ſolu/tus/contrituſq; ſit/huiuſmodi neglectum æs accipiant quidã & in fru ſtra cõminutũ/huc illuc diſſeminãt, ſic diſiunctũ intuens/peritus ali quis & ſapientiſſimus artifex,ęriſq; materiã ut arti maxime utilem & idoneã laudans/& illud inquirat diligẽter/ inuentũq; omne ac ſelectũ conflet/atq; mundet,ac per arté/induſtriã/& ſapientiam ęre illo in au rum cõuerſo/Achillis ſpeciem ſuper inducat,erit profecto aureus/qui dum tñ erat aureus:nihilocetius idem Achilles,ita & materia corpoꝝ pondere/& ſitu/& mortalitate dimiſſa per ſummã beniuolentiã & ar/tem conditoris pura/leuis/atq; imortalis efficitur: par enim profecto erat/ut quæ ad imortalitaté animæ acceſſerat ſocia ipſa quoq; aliquã/do imortalitate donaretur:ſic equidem cõmunis omniũ cõſenſus / qui ratione quoq; modo uti poſſunt,de animoꝝ imortalitate aſſenſus etiã extitit/ac indubitata opinio: Ego equidé ut inqt Martius ad auctoré ſalutis noſtræ chriſtum propero/cuius reſurrectio/ & ad cœlos tryum phalis aſcenſus/omnes ambiguitates de animæ imortalitate/ deq; hu/mani corporis diſſoluit/unigenitus ſiquidé dei filius poſteritatis Adę in quem peccauerat duram ſortem miſeratus,& lapſum nouus Adã & gradus per quem ad ipſum regredi poſſemus factus/peractuſq;, & ut inuiatoribus ad cœleſté patriã/perennéq; gloriam/iter iuſtitiæ pan deret,mediatoréq; ſe conſtituens/ ex puriſſimo immaculatæ deiparæ uirginis ſanguine carnem ſumpſit,matriſq; ſimul & filię:quã nouam Euam merito ueneramur/& colimus ſacratiſſimũ undiq; thalamũ /& ab omni labe peccati etiã originalis diuina illa prouidentia præſerua/tum,ut uaſe puriſſimo cœleſte illud manna exciperet,inhabitare in/colere/ac uerus homo fieri,naturaq; paſſibilis dignumduxit ut pro re concilianda ſuo auctori natura/quę inutilis penitus effecta corruerat/ ęterno patri hoſtiã illibatã/imaculatãq; offerret:o fęlicé uirginis uterũ qui uerũ hominé deportauit/& detulit,& deum ipſum in quo humi/litas in maieſtate incoluit/inhabitauitq;, & in humilitate maieſtas: in lucem editus dei hominé mediator in ſtabulo uagiuit/& feno: cru/delem ſęuiſſimi Tyranni perſecutionem patitur: in fuga ouem diu errantem ſtudioſe queſiuit,ut illam propriis humeris referret ad gre/gem:Iordanis fluenta ſacrauit,ut nos baptiſmi lauacro regenerati ad

ueram patriã redire possemus, humana/diuinaq; opera uicissim exercens, montẽ qui maiora iustitiæ præcepta significabat gratię legẽ omnibus gẽtibus & nationibus promulgandã legifer noster laturus ascẽdit, ut uiatores ad summũ illud bonũ/uoluntates mortaliũ obiectum per uirtutes/& fidem/spem/charitatẽq; dirigeret, sacramentũ eucharistiæ/imo uiaticũ nostrum instituit, & uetus fermentum iudaicæ traditionis noua cõspersio fieret, & ut agnus non in figura sed in uirtute comederetur, & ut deniq; per cibũ uetus ille parens ceciderat/ nouus homo ascenderet, sacerdotesq; huius sacramenti ministros effecit: diuinos illos apostolos per quos ut in sui memoriã hoc peragerent/posteritatem admonuit: tãdem redẽptionis ministerio summa dilectione celebraturus sæuientiũ in se hebreoꝝ imanitatẽ feritatẽq; nõ refugit. sed pro nobis uolẽs post alapas/sputa/flagella/blasphemias/ habẽs spineã coronã/& liuore deformis quo sanati sumus/crucem uictoriæ suæ/tropheum mortis ille triumphator ascendit, & pro crucifigentibus orauit ad patrem: cui ut nobis documẽto esset/spiritum suũ in morte cõmendauit: in qua passione singulare miraculum celebratũ est: ut scilicet animæ gloria nõ redundaret in corpus/ut esset passibile subtracta passione non soluta/quod.n.semel assumpsit nũq̃ dimisit: quapropter in maximis doloribus destituta humanitas deus/ deus meus/ut quid me dereliquisti exclamauit: o inextimabilẽ charitatis dilectionẽ: o miram dei omnipotentis misericordiam/qui ut seruũ redimeres filium tradidisti: o ineffabilẽ redẽptoris benignitatẽ: qui potestatis uoluntate non natura deitatis/per quã non poteras non esse qđ fueras, humilitatem nostram suscepisti, factus obediens patri usq; ad mortem: ut illuc unde uetus Adam ceciderat/ per obedientiã nouus rediret: deniq; ut per te omnia noua fierent: o fœlix culpa/quæ talẽ ac tantũ meruit habere redẽptorem mortaliũ animaꝝ/imortaliũ quidẽ: unde Seuerinus Hinc clausit mẽbris animos/celsa sede petitos: Mortales igitur cunctos edit nobile germen. Et alibi/Intus est hominũ uigor arte cõditus abdita. & Firmianus maius testimoniũ requiramus: Polides quidẽ cõsuluit Apollinem Milesiũ/utrũ ne maneat anima post mortẽ/an resoluatur? & respondisse perhibetur, anima quidẽ quoad uinculis corporis tenet corruptibiles passiones sentiens/mortalibus sedet doloribus:

cum uero humanam solutioné uelocissimã post corruptũ corpus inuenerit/omnis in æthera fert̃,nũq̃ senescens/& manet in æternũ sine pœna primogenita:etenim hoc diuina dispoſuit prouidẽtia:& idem alibi Plato de anima differens,ex hoc ait posse cognosci animas esse imortales atq; diuinas, ꝙ in pueris mobilia sunt ingenia/ & ad percipiendũ facilia,ꝙ ea quę discant ita celeriter capiãt/uti non tunc primũ discere illa uideant̃: sed & cognoscere/atq; reminisci,in quo uir sapiẽs poetis ineptissime credidit:& diuus Seuerinus/Splẽdor quo regit̃ uigetq; cœlum:Vitat obscuras animę ruinas:Hanc quisquis poterit notare lucem:'Candidos phœbi radios negabit?' & rursus Cęlius, falsa est igit̃ Democriti & Epycuri sententia/& Dicearchi de animæ dissolutione/ qui profecto non auderint de interitu animarũ mago aliquo præsente differere,qui sciret certis carminibus exire ab inferis animas & adesse præbere se humanis oculis uidendas/& loqui/& futura prædicere, nonnulli autumant: & si auderẽt re ipsa/& documẽtis pręsentibus cõuincerentur:sed quia nõ præuidebant animæ rationẽ/quæ tam subtilis est/ut oculos humanę mẽtis effugiat/interire edixere:hinc Seuerinus/ In causis animas paribus/uitasq; minores,Prouehis & leuibus sublimis curribus aptãs:In cœlũ terrãq; seris/quas lege benigna/Ad te conuersas reduci facis igne reuerti:Da pater augustã menti cõscendere sedem:ratione etiã deducitur, nã ꝙ natura sit indiuisibilis anima ipsa/ & ex eius cognoscendi modo pręclaræ christianæ religionis athletæ/ Theologicæ disciplinæ ostẽdere,omne inquientes quod in aliquo recipitur modo capitur/ipsius recipiẽtis animã Saturni sphærã intelligens,aut Martis iam nõ sphærã ipsam in se habet: sed illius formã indiuisibilem/& spiritalẽ speciem:Aristotele ipso asserente/ ꝙ lapis non est in anima sed lapidis species , recte equidẽ ita se habente/ꝙ omnia quæ anima cõtinet/& ab ea intellecta sunt, ut talia indiuisibilia sint, illam qui sanę mentis hauxit diuisibilẽ appellare: si uero indiuisibilis & imaterialis & cõtrario carens/quibus alterabitur qualitatibus? quibus contrariis corrũpetur? quo Marte peribit? nulla fulgura inquientes timet,tonitrua nulla/nullos ignes/uentorũ impetus / nulli aquarũ gurgites illam subgurgent,terremotus nulli/euaginati gladii non officiunt/ęnea sulphura nulla/nulla deniq; gelidæ mortis arma illã pro

sternere queāt, quā deus ille summus oīum parēs/omnipotēsq; sup cū
cta mortalia te elegit diuinitatis suæ ipostaticæ puniendā, ad sui ima
ginem/& similitudinē/nō modo beatitatis æternæ capacē/sed excellē
tia & gloria, angelos etiā missos superaturā: cum sit ppetua illustrissi
mę diuinitatis comes, & toti9 orbis gloriosissima tryūphatrix: ut diui
ni illi Theologi edixere: hęc est inq̄ nō dubie dragma deperdita/cuius
diuus Lucas meminit/quā dominus accēso lumine diuinitatis suę car
nemq; suscipiens/orbe illustrato/algendo/sitiendo/æstuando/euāgeli
zando necē ipsam impiissimā perpessus, in ara crucis perpessus: uati
bus illis diuinis prædicentibus: o utinā dirūpens cœlos/ ut descēderes
ad ima terræ: quippe cum mortaliū etenim cura/omnisq; multipliciū
studioꝝ labor exercet/ad unū beatitudinis finem nititur peruenire: ea
aūt est status omniū bonoꝝ agregationē profectus/qui in hac uita mi
nime inueniri pōt: qd inq̄ habet hęc mortaliū uita cōmodi/ qd nō po
tius laboris edici/aut obitū? nemo supremaq; funera debet: hinc Aca
demicus differuit/deus (inquiēs) peragit qd est/facitq;/ fiunt omnia.
nec enim alia conficiēs ipse minuitur, neq; cū multa produxerit ipse
consumitur: sed quanto maiorem operat multitudinē/tanto magis in
se totus/atq; integer durat: nō enim ex his quæ singulatim creat opifi
cis illi nō accedit, sed semp apud se creator est conditor: sicuti nō apud
mortales faber in ea scindit quæ operat, neq; illi quippiā animi/siue
totius disciplinæ munitor: sic nūc delubra/nunc naualia fabricet, sed
manet quidē primus integer conditor: manent aūt & quæ ab illo sunt
condita, ipsiusq; prouidētia indigēt: missam ergo faciēs huiusce inqui
sitionis/quæ nostrę fragilitatis est propria: de nobis enim si ista edice
renť merito inq̄ inquirere pageres: unde ac potius anniculis accedēs
conditori quę oīum nihil omnino rem impossibilem certissima fide/
ac pietate credens: ne quere in huius uitæ theatrū descendētes/perpe
tuo luctatores unde inducanť: ipse enim eum qui certamen statuit ad
uocat, illiusq; edictū/opusq; naturæ continuo erūpit: sic uolēs spiritua
les uirtutes instituit: nullaq; ex his unq̄ istud pręsumpsit inqrere: sic
cœlum creauit/& terrā, illudq; syderibus ac frondibus ornauit/ac flo
ribus: uides nēpe & arbores modo pomis onustas incuruari, easq; pro
ducere/parturireq;: quæ in sequētē pseruantur anniū: ubi uero tēpesti

uum fuerit edicto iteꝝ parēt, & primo quidē in flores/tū demū in fructus erūpunt, pomaq; initia reproferūt secretissima illa naturæ ui: per quā genuerāt intus ꝑmanente ac penitus instita: rursusq; ac sæpius pomorū copiæ exuperāte: nō modo nihil læditᷣ/aut cōsumitᷣ radix, uerū firmior ac ualidior fit: qd igitᷣ inq̄ ultra miramurᷣ si summus ille rerū opifex/& quæ fuerūt/& quæ futura sunt/oīa in seipso cōplectitᷣ: singula uero qualia uult/& q̄n cōuenit, & ut se pulcherrime habet/ac ꝓclare sapiētia/diuinaq; illa ꝓuidētia/& arte illustriq; ordine ꝓducit/& ostēdit. Hinc illi ꝓclarissimi sapientiæ uiri/de animoꝝ īmortalitate multa edixere: nā Socrates qui Apollinis oraculo sapiētissimus iudicatus ē, non tū illud/nō tū hoc in plerisq;/sed sēꝑ idē differebat hominū animos esse diuinos. & diuinus ille Plato librum de īmortalitate animoꝝ edidit, quo plecto Theoblotus eius discipulus ex pariete se ꝑcipitem dedit/ut illa citius frueretᷣ: Sic & Vticēsis Cato ꝑegit: Diogenes quoq; īmortalitatis cupiditate captus/seipsum interemit: ut ipse Cato ꝑegit/ꝓinde Brutus/& Cassius ꝑegere, ac Scipio ille iunior ī mare se ꝓiecit: qđ & Zeno/Cleantes/Chrysippusq; egere: licet in eoꝝ perēnes pœnas ac calamitates/tamen animas īmortales esse existimarūt: Plotinus platonicus animā mortaliū intellectualē non habere supra se naturā/nisi dei opt. max. differebat: a quo cōditus pactus est orbis/mundusq; nec aliūde sibi præberi lumē intelligētiæ ueritatis: Orpheus quoq; nō dissimilē ꝓdidit sententiā/inquiens/si Zeroastro & Mercurio credimus/aīa ex alto demittitᷣ/ambitū mūdi: Mercurius quoq; ad Asclepiadem o Asclepi oīs anima mortaliū īmortalis est: & apud Macrobiū/geminas in Zodiaco legimus portas: quaꝝ altera hominū/altera deoꝝ esse fertᷣ: hominū carcer/quia ꝑ illā animæ ad hęc inferiora descendāt: Capricornus deoꝝ poetico figmēto/priscoq;: quia ꝑ illā animæ in ꝓpriā īmortalitatis sedē/& in numerū deoꝝ reuertuntᷣ: hinc Scipioni ostēso lacteo circulo/de animis beatoꝝ disseruit/hinc ꝓfecti huc reuertuntᷣ: & ꝑcuntatus idem Scipio/an Paulus genitor uiueret/aliiq; superessent, imo uero inqt hi uiuūt/ q ex ergastulis corporeis tāq̄ e carceribus euolarunt: uestra uero quā dicitis uitā mors potius appellāda est: qs præclara illa Ciceronis uerba nō exaudiatᷣ o ꝓclarū inquiēs diē illū/cū ad illud diuinoꝝ animoꝝ conciliū/cetumq; ꝓficiscitᷣ: cūq; ex hac turba/

& colluuione discedā: est .n. cœlestis animus ex alto domicilio depres-
sus, & pene demersus in terrā/locūq; diuinæ naturæ/ æternitatiq; cō-
trarium. Hinc uates ille qui chataricha regū ditis impium/infernales
iudices/stigios amnes/sulphurea uada/Tātali genus/& in fame/& lō-
gos Sisiphi & Aeolidis labores/nec dū cāpos elysios/ baratroꝝ regna/
tā canoro uersu decantarūt:unde Plutarchus/sunt aūt(iuqens)& phi
losohi nōnulli/qui ipsam animi substantiā/lumē esse putēt/cū aliis ad
ducti cōiecturis:actū potissimū quo nihil oīum æque refugit/& odit,
atq; ignorantiā/& quicqd in luce uacat id refugit,eoq; pturbatur q̄ te
nebræ illi suspectæ terrorē incutiāt:contra lux usq; adeo est iucūda/&
amabilis/ ut nihil eoꝝ quæ natura uoluptatē afferūt absq; luce cupiat
in tenebris:uerū ea uoluptatē omnē/omne studiū/ quacūq; re frui ue-
lis,seu nouū condimentū admixtū exhilarat/ & educat humanitatē/
atq; hominē cōiicit in ignorantiā & obscuritatē/ac tenebris uitāq; qua
si sepelitis uidet/hoc ipsum grauiter ferre q̄ nascimur, & eo reuocare
nos nō scimus:& tū aiunt gloriæ/essentiæq; locū/sedēq; esse pioꝝ,qui
bus splēdet solis uigor/ deinde noctē inferne in pratis roseo colore pur
purātibus:qbus intōsa uernāt oia/& pceraꝝ arboꝝ floribus conuestiē
cāpus,tū amnes qdam fretus ignari/ac leues eū pfluūt,ipsi transigūt:
iucunde tēpus colloqis, & cōmemoratione reꝝ pteritaꝝ/ ac psentiū/
accersentes se se mutuo/inter se cōsuetudinē uitæ agitātes, porro tertia
uia eoꝝ est:ut poetę edixere/q impie uixere/& iniuste/ aīas in obscurū
locū/& barathrū quoddā pcipitātes:unde imensas rupes tenebras lan
guida noctis obscura/fluminaq; recipiūt,& ignoratione/atq; obliuiōe
tegūt:eosq; puniūt:neq; .n. uultures semp arrodūt epar fontiū in imo
iacentiū:nā aut exhaustū est/aut cōputruit, neq; grauiū quorundam
oneꝝ affligit/cōficitq; corpus eoꝝ qui puniunt:neq; .n. iā carnes ad os
sa cohęrēt neruis:nullę sunt corpis reliqę/ corpoꝝ uita defūctis crucia
tuum eoꝝ capaces/q speciē respondentē sibi requirūt: sed una inqens
Plutarchus/ pfecto ratio puniēdi eos, q male uixere/ nēpe obscuritas
& ignorātia/ & modis oibus abolitio tollēs/in tristē amnē aquæ lętæ/i
obliuionē pcipitās/in abyssum/ac uastū pelagus: uidelicet ignauiā/&
otiū/quā suo fructu ignorationē/& obscuritatē secū trahit:ut philoso-
phi/& poetę prisci edixere:sed xp̄ianę orthodoxęq; fidei/ea psancte/p

clare/illuſtreq̃ oia ueritaſq̃ oium priſcoꝝ innoteſcit/delirameta ueritate illuſtrata oibus patefecit/ac oſtẽdit: nã xp̃i illa ſctiſſima aia/nuſq̃ a diuinitate ſeparata/ ſegregataq̃ p̃ribus:q̃ in limbo detinebant̃ oblectamẽtũ allatura deſcẽdit, & diuina claritas undiq̃ refulgẽs illis p̃bu it pennes/cęleſteſq̃ ſedes, quẽ in cruce chriſtus ipſe ſonti ſpopõderat: & illic nõ ad pęnã/ſed ad patrũ conſolationẽ uſq̃ ad horã reſurrectionis imorata eſt:tartareiſq̃ hoſtibus expugnatis/mortẽ/ ut p uates edixerat in ſempiternũ pręcipitauit:aſſerẽs igit̃ mortis captiuos corpori/ qđ angelico miniſterio ſanguine reaſſumpſerat/ope diuinitatis unita eſt:& gloriã tribuit/q̃ tãtis dotis iſignitũ clauſo ſepulchro reſurrexit, & primitię dormientiũ factus eſt chriſtus angelus:quippe reſurgenti dño/ianuã nõ aperuit,ſed clarũ reſuſcitari prębuit iuditiũ. Hinc Paulus/deus(inquit)exaltauit illũ glorificato corpore:& dedit illi nomen qđ eſt ſup omne nomẽ.Et ſi priſci Romani p̃clarís potiti uictoriis pręcedentibus captiuoꝝ hominibus/& uario põpaꝝ genere/ diuitiarũq̃/ q̃bus ęrariũ ditabat̃:in Capitoliũ tryũphalibus quadrigis uehebant̃: ut Maro/Ille tryũphata Capitolia ad alta Corintho: Victor aget currum cęſis inſignis Achiuis:Tryũphalis auctor ſalutis noſtrę in manu forti hoſtibus euictis/p̃ſtrata morte/ac patribus ſubradiãti crucis uexillo / libertatis nõ Cliuũ capitoliũ equis albis / ſed lucidiſſima nube angelico miniſterio pręparata ſuſceptus,& diuinitatatẽ ſuam / & humanitatẽ/dotibus gloriæ/qm̃ ſtrenuę militauerat / honeſtatã/illuſtratamq̃ oſtẽderet,ad empireas/cęleſtes/diuinaſq̃ ſedes cõſpiciẽtibus diuinis illis athletis ex monte Oliueti/ſpiritũ ſanctũ emiſſurus aſcẽdit: & humanitatẽ quę primi parẽtis culpa deprẽſſa iacebat, ſuper choros angeloꝝ exultauit/extulitq̃:uerũenimuero qñ hunc ipſo duce peruenimus/imolemus deo ſacrificiũ laudis/nõ hecatombẽ/ ut apud Athenienſes Mineruæ, neq̃ formicã ſicut in Iſthmo ſoli/& Neptuno: ſed purgato animo/ipſi deo ſimiles nitamur euadere: ut Siluius academicus inq̃t/nã in mundo mundũ attingere nefas eſſe cẽſetur:o rex/ pater & conditor omnium: o prima ſapientia patris/atq̃ uerbum per quod cuncta produxit ; qui enim in ipſa ſapientia eſt , uerbo creat deus : o ſancte ſpiritus per quem deus ſpirat / omnes continet / aſſidue ſeruat/ atq̃ ad perfectum finem educit: o beatiſſima ac indiuidua trinitas/

& sancta unitas condones mortalibus his supernæ pulchritudinis/ celsitudinisq; perenné/perpetuã/ac fulgentissimã gloriã, des inq cunctis illustré/feruentissimãq; animorũ imortalitaté. Hinc præclara atq; illustris illa diuina Theologorũ sententia/humanus animus(differentes)cœlitus nobis dei munere cõcessus/eius etiã benignitate diuinitatis particeps si sordibus expiatus humanus inueniatur, recte iudicat/ omnia liber percurrit, remota proximis/ima sublimibus, prætera futuris ac præsentibus simul cõparat, mométoq; coniũgit: cuius appetitus ac magnitudo si uirtuti respondeat/facile de se rerũq; successu sæpe numero uaticinatur: cũ maxime nihil in orbe magnũ futurũ in omni genere/quin signis siue exterioribus/seu in animi recessu per mentis ardoré prius ostendať:cum non frustra deus ad optandas res bonas ac magnas spiritum mouere/atq; excitare / non solũ in suis fidelibus sed externis uideať:ut aũt facta prius Gentiliũ recẽseamus/ quid Alexandrum magnũ ad relinquendã patiã/ad patrimoniũ amicis distribuendum/cum exercitu ingenti peregrinandum/tot orbis ignoti pericula adeũda impulit nisi quædã præsaga futuri impii mens/ quã in rebus magnis nutrierať huius postea statuã/cũ Iulius Cæsar priuatus aspiceret ingemuit/q nihil rerũ ab se iam gestũ esset in ea ætate qua ille orbé subiugauerat/protinusq; ad rerũ maiorũ occasiones captãdas est reuersus:ex quo ea gessit/& illud quod posteritas deinde uidit non ppetuum successoribus reliquit:& præcipue iuuenis admodũ dũ cõtra Hannibalé alacriter se parabat: patriẽ salutem & deesse uictoriã proculdubio discedés est ominatus Paulus Emilius / cũ Persarũ catellum domesticũ intereũtem uidit eum cũ de eiusdé nominis hoste nobilem triũphum rettulit, auspicatus uidetur nec solum in rebus bellicis sed in litteris euenire solet: ut Thucididi euenit/qui cũ puer olim a patruo audiendam Herodoti historiã quæ tunc publice recitata est duceret ingemuisse diciť/illius quasi laudibus æmulus, qđ signũ patruus magnopere admirat9.ex illo ad rhetoricẽ eũ misit:unde & græci priceps eloqi simul & historiẽ euasit. Ouidi9 poeta relicto foro ad poeticã natura & animo suadẽtibus spõte ueniẽs/eã quã de se famã reliqt diuinasse uideť:Clythomachũ bubulcũ/qs ex agro ad philosophiã nisi mentis diuinitas quẽdã excitauit: hæc supiorũ gẽtilium exẽpla mihi

repetita ut plane deprehendamus si hęc illis euenerunt, qui fidelibus doctrina pariter ac sanctitae praeditis existimandũ:hi ꝑfecto ad altiora erecti spiritũ filioꝝ dei sumpserũt:& de ꝓpriae certę salutis torrentem uoluptatis eius cõtinuo potãt:quãobrẽ saepe de se/ deq; aliis multa futura degustant,ut illud plane consequi uideant: dedisti domine metuentibus te significationẽ: ecclesiae doctores qui ad scribendũ impulit nisi ꝑpetuum se sciendo doctrinae fructũ fideilbus relicturos: & ordinum institutores/quid ex eoꝝ laboribus utilitatis posteritas erat assecutura proculdubio conspexere? quis Francisco peccatoꝝ ueniam nisi sanctus spiritus nunciauit? quis spem dedit certã nomẽ illoꝝ per orbem terraꝝ pariter & in coelo sublime futuꝝ esse? spiritus/quis demum audentiores dei amicos reddidit: ut ad ea interpraetãda/facienda/dicenda priuatim ac publice in synodis quae alii tritam mãdatoꝝ uiam sequentes minime fuissent ausi? spiritus at/inquis decepti multi sed hi sunt proprie seruientes cõcupiscentiae/ac proprio decepti appetitu sensuq; magis q̃ ratione ducti sibi nonnulla quandoq; sunt polliciti quae minime euenerunt: nec mirũ cum facile sperent quae miseri uolunt:ut est in prouerbio,tales igitur sunt qui sibi imperiũ/ opes/potentiam,non bonis artibus querũt:ut Catilinae/Gracchis/ & aliis seditiosis q̃plurimis euenit:qui per cõiurationes & cędes crescere cupiũt, ut & nostris quoq; temporibus exẽpla nõ desunt:aut forte per imprudentiam siue indiligentiam ab his quae sperant aut tentant facile excidunt,ut Pompeio euenit/qui stulte rebus gestis proterue fungẽs fęlicitate nihil eorum in bello ciuili quae oportuit / uel amicis fatentibus egit:urbem inconsulte reliquit: inimicum potentissimum nihili fecit: in acie non arte solita / nec ex re militari pugnauit: quod mirum si is quem suis partibus praedixerat exitus alter euenit? Ad thesim ergo nostram redigo/ꝗ deo duce/ teste conscientia / adhibita prudentia/magni feruor animi suadet,quin non frustra haec moneat spiritus plerũq; foeliciter euenire conspicimus. Ipsius animae immortalitatem multis aliis rationibus comprobari queunt:Hinc illud Aquinatis/nulla inquit forma nisi actione contrarii corrumpitur, sicuti calor ob frigidũ/uel subiecti corruptione ut uisus destituto,seu causae defectu/ut aeris lumen sole deficiẽte/ at intellectui contrariũ nihil cũ

omnium plane cōtrariorꝝ sit capax non subiecti corruptio, cum e corpore minime pendeat / ne causę defectus quę nullam aliam q̄ æternā habere potest. Itē si anima una cū corpore deficit/ opus ē ut ex eius debilitate ipsa quoq; debilitet, ipsi nāq; sensus a summis sensibus attrahuntur, intellectus uero a summo intelligibili perficit. Item quo magis consenescit homo bene alioquin a natura institutus eo magis & intelligit & cognoscit/interdum laborante corpore & ipsa laborat, non sui ratione sed illius cuius & instrumentis/ & uiribus indiget: deinde ꝙ sese uideat quoniam ea quæ intelliguntur a materia separata sunt, & ipse intellectus speciei receptor existit, & id quod scitur ipsa est sciētia: id deniq; quod intelligit ipse intellectus Aristoteles de ipsius immortalitate recte quidē sentire q̄q̄ nō apud omnes uidet/duobus prę sertim in locis/in primo de anima ubi perpetuū a corruptibili diuidi dicit. & in . xii. Metaphysicæ/ ubi ait formas reperiri essentiales quę corrupto corpore uiuant, exemplum animæ intellectiuæ allegando. Sed contra in libro Ethicorꝝ aliquid offerre nubis uidetur/ꝙ locū post mortē fęlicitati negauerit: ex quo loco Alexander Aphrodiseus eū clare animam posuisse mortalem fatet: & Gregorius Nisenus formā minime subsistentem putauisse testatur: & Cōmentator unicum in cunctis intellectum esse ex eius affirmat dictis, falso quidē omnes/ ut ait Aquinas/quis pro Aristotele magnopere instat: nos igitur in edocti diuinitus sumus, & corpus primum in utero anima plantæ/ ac plane uegetabili uiuere incipiat, mox sensibili ex ipsa natura postremo intellectuali cœlitus demissa eius diuinitatem quāq; ex humanis rationibus prędictis deprehendere possimus: duo tamen restant loci qui ad mores/æquumq; pertinēt/primum congruū/ consentaneūq; sane eius iustitiæ pariterq; bonitati qui omnia summa regere ęquitate uidet: ꝙ cum in hac uita indiserta omnia uideamus, examen quādoq; malorꝝ bonorūq; futurꝝ, ac cuiq; pro meritis ex illius iuditio tribuendū: deinde ut ait Cicero/philosophi omnes quorꝝ uita/moresq; ꝓbat: ut Socrates/& Socratici fuere/imortalē animā dixere: at hi qui cū uoluptate fę dissime uixerunt contra sunt opinati: non ergo uerisimile ut de rebus animæ uerius homo uoluptarius aut ebrius/ qui ex propriis moribus finem iudicat, q̄ sobrius ac castus existimet.

T SI CVM DIVINAM ILLAM PErennemq; gloriam cũ deo summo omnium paréte assequi speramus/munera suscepturi labor/ trophçum palmãq; deuicti hostis mortalium sane/si apud Ciceronem a uera religione expertũ/certũ esse locum in cęlo diffinitũ omnibus qui patriã conseruauerint/adiuuerint/auxerint, ubi beati sempiterno æuo fruantur. Et si Plato putat animam sapientis uinculis corporeis liberatam remigrare ad deos/& pro merito uitæ purius castiusq; transactę: hoc ipso usu deoꝝ se conditioni consiliare: & si Mercurius Trimegistus asserit/exutos nos a mundana custodia/nexibusq; mortalitatis absolutos naturę superioris partis idest diuinę/diuinos/puros/sanctosq; restitui: si Anaxagoras percunctatus/an sibi patriæ cura esset digitũ in cœlum tendens/& quidé mihi summa est responderit, minus ne nos spei gerimus christianũ regaleq; genus/ a deo ꝑ illo mortaliũ architectore auctoreq; melius electum, imo spe amplissima atq; fulgentissima suffulti/nihil aliud anhelabimus/suspirabimusq;, ꝙ amenissimã illam tutissimãq; uitam/& ad cœlestes illas sedes ascendere atq; euolare, deum ipsum omniũ parentem/& auctorem cõspicere: qui ut Cleãtes stoicus cũ iterrogaret qualis deus esset/ inquit/est bonus/ordinatus/iustus/sanctus/se ipsum possidens/utilis/ speciosus/optimus/seuerus/liber/semp cõmodus/intrepidus/ sine mestitia/sine dolore/tutus/gloriosus/charitas/qué esse omnes conueniũt: mitis/acer/tardus/sine querela semper manens, quę & natura omnia conspicere omnia asserit Epicarmus Pythagoreus/nihilq; illi clã esse/ nihilq; quod nõ possit, qui & omnia & condonare/ut ex sententia Democriti/atq; cuncta potest offerre rex omniũ ipse solus: & ut ait Pindarus/unus pater/creator summus/atq; optimus artifex / qui progressus singulis diuersos secundũ merita præbet: qui ut Orpheus inquit/ Vnus perfectus deus est/qui cuncta creauit, Cũcta fouens/atq; ipse ferens super omnia se se, Qui capitur mente tantum/qui mẽte uidetur, Qui nullũq; malum mortalibus inuehit unq̃, Quem pręter nõ alius/ qui nubibus altis Insidet excelsus/qué cęloꝝ aurea sedes Sublimisq; tenet/cuius se dextera tẽdit Oceani ad fines/quem de radicibus imis/ Concussiq; tremunt mõtes, nec põdere q̃uis/Immenso sit/ferre queũt: qui culmina

qui culmina cęli Alta cadens terris/nunq̃ tamen ille sit absens: Ille est principium/medium quoq̧/& exitus idem: ad hanc igitur tam fœlicẽ præcellentẽq̧ patriã a tali eius ac tanto fulgenti principe euocati / si li bucrit ibimus exultantes/gaudentesq̧,ac tryumpho exornati illustra tiq̧,ac pro deuictis tam imanibus hostibus nostris læta trophea dese/ rentes:& ut inquit Antisthenes/deum nulli similem esse,quare nullo etiã modo fieri posse ut agnoscatur/nisi in patria illa perẽni cuius ima ginem nullam habes: Zenophanes Colophonius/unus(inquit)deus inter deos atq̧ homines maximus/ nec corpore neq̧ mẽte mortalibus similis:Heraclitus etiã uerbi q̃d est semper ait:sensum homines nõ ca piunt,nec anteq̃ audiant,nec cũ primo audierint: sed & Xenophon/ tis sententia/qui omnia quatit/& omnia quiescere facit, magnus/po/ tensq̧,q̃d omnibus patet:qualis autem forma sit nemini patet/nisi ip si soli qui luce sua omnia perlustrat: quis enim corporeis deum uerũ cœlestem atq̧ imortalem oculis cernere potest? deus inquit Plato to/ tius re℞ naturæ causa/& ratio/ & origo/imortalis/ summus animi ge/ nitor/æternus animantiũ sospitator/assiduus mũdi sui opifex,sed enĩ sine opera opifex/sine cura sospitator/sine propagine genitor, neq̧ lo/ co/neq̧ tempore/neq̧ uitæ ulla cõprensus / eoq̧ paucis cogitabilis ne/ mini affabilis:ut Orpheus inq̃t/ Hinc etenim uideo ipsius uestigia for tem:Hincq̧ manũ uideo,uerũ ipsum cernere quis sit Nequaq̃ ualeo/ nam nubibus insidet altis:& Nazacenus/siquis arbitrat̃(inquit)deũ posse cognoscere/in quantũ deus est/non sanã mentẽ habet/nisi quẽ/ admodum si umbram solis in aquam respiceret solẽ intueri putaret, uel hostii pulchritudinem admiratus/dominum conspicere intus exi stimaret:alius sane alio sapientia præstantior existit,qui cũ plura ui/ det/plus attrahit splendoris:sed tamen omnes dignitate dei quę lumẽ uelat inferiores sunt:hoc inq̃ lumen tenebræ tegunt/atq̧ præoccupãt, neq̧ uero si aliquis nubem intuitu scinderet/aut fulgorẽ summi lumi nis penetraret/hoc ad deum cognoscendũ sufficere uidet̃, qui omnia sui præsentia replet,qui totus uniuersos cœlos occupat,qui & menti/ bus sapientiã præbet/ac mẽtis ictus refugit.Et Paulus / uidemus nũc in enigmate per speculum/tunc uidebimus faciẽ ad faciẽ.Hinc Mer/ curius Trimegistus ita disseruit/gratias tibi summe/& exuberantissi/

me/tua enim gratia tantum sumus conditionis tuæ lumen consecuti:
non sanctum & honorandum/non unum q solus deus benedicendus
religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem/& religio-
nem/& amorem/& quęcũq est dulcior efficacia præbere dignaris con
donans nos sensu/ratione/intelligentia, sensu ut te cognouerimus, ra-
tione/ ut te suspitionibus idagemus, cognitione/ut te cognoscẽtes gau
deamus/ac numine saluati tuo gaudeamus/q te nobis ostenderis gau
demus q nos in corporibus sitos æternitati fueris cõsecrare dignatus:
hæc etenim sola gratulatio/cognitio maiestatis tuæ:cognouimus te lu
men maximũ solo intellectu sensibili:intelleximus te o uitę uera uita/
o natura/o naturaq omnium fęcunda prægnatio: cognouimus te to-
tius naturæ tuo conceptu planissime:cognouimus te æterna perseue-
ratio in omni/in ista ratione adorantes/bonum bonitatis tuę:hoc tan-
tum deprecamur ut nos uelis seruare perseuerantes in amore ueræ
cognitionis tuæ / & nunq̃ ab hoc uitæ genere separari; Sic inq̃ erit cũ
Trimegisto exorãdus deus/q̃uis a diuina illa christiana religiõe lon-
ge alienus fuerit:siquidem honestum nimis & pernecessarium esse ui
detur/negotium pro securitate / tuitioneq mortaliũ pio principi deo
supplicare, quia conuenit ab eo experi/quod ipsoq possit proficere sa-
luti ac libertati: nam cũ omnibus bonis diuina illa maiestas polleat,
nihil gloriosius probatur accedere/q̃ qđ cernimus: ipsum cuncta &
ubiq bona posse largiri/ac præstare: rogamus ergo clementissime om
nium imperator/& duplices tendimus manus/ut pacem / tranquilli-
tatem christianæ religioni mortalibusq ipsis firmissimam præbeas,
nec eos patiaris abominabiles fieri / qui in ultimo elogio pacem tuæ
christianæ religioni reliquisti, tuaq concordia/ ac tranquillitate sem-
per christiana religio uidetur accepta, christianum siquidem nomen
tuæ diuinitati cõmendat/si religioni tuæ benigna concedis:illa tua di
uina gratia mortales ipsos erigit/ac tuetur, & hoc si mereri non agno-
scit/qđ & tua diuina mente proficiscitur: quietem ergo sacraq fędera
tuæ christianæ religioni tua diuina pietas componat, quia tunc ama-
ri possumus/intelligimusq, si per te dilectio uotiua copuletur: cui rei
si nostræ preces adhuc non uidentur posse sufficere, existima pientissi
me christe tuam religionem in hæc uerba prærumpere, sit aliquando

grata extiti omnium principum christe piissime meos defensores / & qui tuam regunt religionem cõcordes esse malcas:ne incipiant in me talia peragere/quæ a uotis piis tuis cognouerint discrepare:non mihi sis causa crudelis exitii qui semper uitæ gaudia præstitisti: ecce alumnos meos sub tua pace germinaui: ecce religiosis fulgentibusq; uiris exornata resplendui: si me lędi pateris ubi iam notam pietatis ostendis: quid enim pro me nitaris amplius agere / cuius religio quæ tua est cognoscitur: sic floret christiana respub. honoribus crescit/templa sacra extruuntur/facultatibus indesinenter augetur: noli inq̃ mitissime xp̃e per discordias dissipare / q̃d tuo ꝓprio diuinoq; illo sanguine tueri defenderecq; maluisti:tuoq; auxilio adiuuare malis/ quin imo uota participare consilia, ut tuæ gloriæ proficiat:si mihi aliquid prosperitatis accedat/noli me sic querere ut non ualeas inuenire:tua sunt nihilominus charitate:sic inq̃ nullum permittas mea membra lacerare: nam si Lybia/Aegyptus/Assiria/ Persia / Asia omnis/ibiq; incolentes/ tuæ diuinæ religionis hostes acerrimi meruerunt per te pacem recipere:crudele inq̃ est me amittere quam semper uisa sum possidere: impera motibus iracundiæ tryumphanter egregiæ plus est quod generali uoto expetitur/q̃ si animus cuiuslibet ingratitudinis offensione uincetur:hæc tua religio loquitur ; dum tibi per suos supplicat sacerdotes/& tuæ diuinæ religionis imbutos:ꝙ si adhuc minus est tuę deiparæ uirginis munera:tuoꝝ athletum diuinoꝝ apostoloꝝ/martyrum confessoꝝ/sanctarũq; uirginum expostulatio seu petitio sanctissima/ pientissimaq; cogitetur: nam qui securitatem tuitionẽq; christianã sæpe defendisse probatur ab hostibus: quid inq̃ erit ꝙ eoꝝ meritis tuus diuinus nõ tribuat principatus.Siquidem perillustris res est/atq; laudabilis/egregiaq; reipub. in obeundis rebus/ac administrandis, aliquos probos/ disertosq; uiros præfice/qui cuncta prudenter præuideant/ac eruminent/examinentq;,docte/erudite disponant/ sapiẽter administrent, quorũ nutui/ac iussis reliqui obediant/atq; exequantur, quos cuncti sequentur ut duces,colant ut principes, reuereant̃ ut rectores:hoc in rebus etiã exiguis licet conspicere, naues aũt habẽt suos gubernatores/quoꝝ peritie nautæ omnes/ac remiges obsequuntur/arces suos pręfectos/qui reliquos custodes in officio continent:& nullus

ab eorum pscripto ul' digitũ discedere tẽtat/ ac nititur: siquidem nulla respub. recte gubernari potest sine magistratib9: nulla castra sine ducibus, & exercitus sine imperatoribus, nulla prouincia sine pręsidibus, nihil est profecto præstãtius/ nihil utilius optimis rectoribus/ac magistratibus ducibusq; qui suis subiectis concordiam/tranquillitatẽ/& pacem suadeant, probitatem laudent, uirtutes percipiãt, & officia capescenda præscribant: itaq; merito extolluntur / laudanturq; optime reipub. quæ inter reliqua sancte/prudenterq; instituta hoc permaxime instituere/ac sanxere: una quæq; ciuitas suos habet rectores/ ac pręsides/qui eo⁊ prudentia/atq; solertia cunctos regerent/ & moderarentur/qui peragenda præciperent/uitanda ostenderent, sub quo⁊ oculis atq; solertia/uigiliaq; ciues omnes uirtuti uitam/ac quieti/& tranquillitati traducerent, & illorum præceptis/ac documentis facillime obsequerentur/obtẽperarentq;. Hinc conspicimus in apibus suos habere reges: sic in gregibus suos rectores: & grues suos duces sequuntur ordine litterato. Sic sanxere prisci illi legumlatores/ & si uaria inter mortales/primus leges inuenerit/instituerit q; iudicia/& nõ eadẽ omnium est opinio: nam Hebrei Mosem fuisse malunt: Athenienses Cecropas: Argiui Phoroneum, a cuius nomine forum non minus cõmode acceptum reor: quamobrem ita cognominatum/ꝙ eo lites controuersięq; ferantur: Cretenses Minos/atq; Rhadamanthum, Lacedęmonii Licurgum: Aegyptii Mercuriũ Nili filium, cui Vulcanus successit in regnum: Persæ uero Zeroastem: nam Latini quod in legibus ferendis/qui iuniores extitere/eo cæteris mortalibus in hoc doctrinę genere mirifice omnibus præstiterunt: & si plerìq; edixerunt Cererem mortalibus primã leges edidicisse: Hinc Naso/ Prima dedit leges/Cereris sunt omnia munus: Et Diodorus/ Nam pręter ab ea repertũ frumentum leges dedit, quibus iuste/pieq; homines uiuere assuescere, ex quo legiferã dixere. Et alibi/cum in agrũ Emphesium ingressi essent (inquit) sub noctem ad urbem contendebant, cum illic a mulieribus sacra legiferæ Cereri fierent: & Maro/ Mactant lectas de more bidentes, Legiferæ Cereri: idem Plinius memorat. Quod autem ad Mosem attinet/hunc alii legislatorem, ut Philo & Iosippus locupletissimi testes sunt: alii sacrarum legum interpretem prodidere, claruitq; eadẽ

tempestate apud suos quoad Cecropas, apud Athenienses quos Cecropides ab ipsius conditoris & legumlatoris nomine appellatos/etiam constat, & id quidem a mūdi exortu/tribus milibus sexcentis & quinquaginta decursis annis: sed ut censeo/& ne ueri dei erga mortales immemores ipsius diuini muneris arguamur: his inq̄ primum hanc recte beateq; uiuendi normam/sicuti cætera omnia acceptam referre debemus: q nec Ciceronem tam prope ut ostenditur duce natura / & ad uerum accedentem latuisset: si ullam dei unq̄ calluisset cognitionem. Hinc Iosephus/deus tum leges quas deinde mortalibus constitutū iri malebat, primo Mosi tradidit, qui mox primus legislator oium quos memorauimus: unde Eusebius/lōge(inquit)maior natu fuit/eas Hebreis contulit: & rursum Iosippus / dico igitur nostrum legislatorem quæ libet/quæ memorantur legumlatores antiquitate præcedere. Licurgus enim/& Solon/Zelencus/Locrenus/& omnes qui apud Græcos mirabiles sunt: nouelli atq; recentes/quantum ad illud comparati esse noscuntur, quando nec ipsum nomen legis fuisse apud Græcos cognoscitur: nec Homerus unquam hoc nomine usus est: nam inquit cum sit tempus diffinitum siquis eum comparet aliorum legislatorum ætatibus hunc ultra omnes inueniat. Hinc Eusebius Mosem multo ante Cererem quæ fertur ut diximus/leges edidisse fuisse testatur: a deo igitur quem Cicero Iouem nuncupat lex originem trhaxit, & eam mortalium omnium primus Hebreis constituit: quæ cæteris deinceps mortalibus condēnandarum legum haud dubiē exemplum extitit: siquidem Emphoroneum qui Inaco ortus regnauit Argis secundius annos circiter trecentos, proinde argiuos ac iudices inuenisse: nam Rhadamanthum / & huius fratrem Minoa qui Ganimedem rapuit, Europa & Asterio natus fuisse longe his tribus posteriores: cum uero quas leges Lacedæmoniis tradidit a Creteñsibus accepisse: ac Zetoastes & Batrianorum / qui primus omnium magicam illusionem repperit: quo æuo extiterit/satis ea ratione liquet/q aduersus eum Ninus rex Assiriorum dimicauit neminem: ut orator ille memorat/ex legumlatoribus Mose adempto uetustate Mercurio equiperandus est: illum aliis omnibus/q̄ longissime superiorem idcirco Iouem Maiaq; natum ortumq; poetæ cecinere: q & ingentis acumine uigue-

rit/ & prudentissimus extiterit: Mercurium enim auctorem extitisse affirmant eloquentiæ/quæ ex intellectu gignitur/& prudentia, eundemq; & palestræ/lyræ/& pręstygiorum peritiam tradidisse primum: sunt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Eaco Achillis auo/cuius filium Peleum cum Argonautis aduersus Cholcos migrasse ostendit Orpheus: sunt qui omnem illam superiorem antiquitatis omnibus pręter eas quas de cede tulisset/ipse leges Atheniensibus dedit/quas ob eam rationem asses nominauit: quoniam in ligneis assibus descriptæ essent. Et Solon quidem floruit in septē Græciæ sapientes, olympiade quadragesima septima: uel ut alii quinquagesima sexta, Pysistrato Athenis regnante: huius autem philosophi leges adeo apud omne pene mortalium genus illustres / atq; præclaræ sunt habitæ: ut Romanos quidem/ne puduerit post exactos reges/easq; leges omnes penitus quæ prius ab ipso usq; Romulo latę fuerant, Athenas decem legatos misere inclitas Solonis leges expeterent / ac expostularent: quibus respublica Romana funderetur: his in decem tabulas eburneas præscriptis/in urbemq; allatis/& pro nostris ad liquidiorem malentium præceptionem propositis: propterea duæ postea tabulæ/ (Hermedoro Emphesio auctore) in annum proximum ex publica potestate adiectæ sunt: quoniam a tantæ reipublicæ imperium pluribus legibus esset opus, & ita leges sunt duodecim tabularum appellatæ: deinde secutum est ius ciuile / legis actiones, ius Helianum/plebiscita quæ proinde lege, Hortensis pro legibus habita/obseruataq; sunt: post hæc ius id additum necessario est/ ut memorauimus quod Senatusconsultum nominatur: deinceps adiecta oportune sunt & edicta prætorum/a quorum honore ius est appellatum honerariū: at postremum constituto accepto/uel illud est ius introductum, quod ab unius principis uoluntate manans principale uocatum est: quid enim sigillatim memorem? aut de publicis/ aut de priuatorū legibus/ quæ priuilegia nuncupantur: quid de Consularibus & Tribunitiis? quid de Satyra? quid de iure militari? quid de iure Quiritum? quid de constitutionibus? quid de prudētum responsis? nulla est prorsus neq; legis/nec æquitatis/nec iuris pars, quam Romani/aut legumlatores/ aut iureconsulti intactam/indiscussamq; reliquerint: neq; enim in tot

eorum caueis/Brutis Sceuolis/Paulis/Labronibus / Vlpianis/Pompo
niis/Trebatiis/Tulliis/atq; aliis prope infinitis/unum aut Licurgum
aut Solonem comperias:quam enim nusq̃ in uniuerso terrarum orbe
rempub.excoluisse meminerimus: quæ cum in omnis laude uirtutis
tum maxime in splendore iustitiæ cum Romanorum imperio compa
rari queat:Hæc autem non natura sed disciplina primum acquiritur:
& ea quidem disciplina quam nobis legum / & iuris diuini/& scientia
subministrat:hęc sane ea est iustitia quam ait Euripides/Hespero atq;
Lucifero magis est mirabilis:hæc inq̃ una uirtus ita cũctis uirtutibus
antecellit: & qui eam adeptus fuerit solus probitatis cognomentum
adeptus existimatur. Quippe cum lex sit ratio summa insita in natu
ra quæ iubet ea quę peragẽda sunt,prohibetq; contraria eadem ratio:
ut Cicero meminit/ cum est in mente hominis confirmate & confecta
lex: siquidem lex est neq; hominum ingeniis excogitata / nec scitũ ali
quod populorum , sed æternum quoddam qđ in uniuersum mundũ
regeret,imperandi/prohibendiq; sapientia/& recti præceptio: ut Cice
ro etiam disseruit: hinc Naso/Nec uerba minantia fixo/aere ligaban
tur/uel legebantur: ut Aristoteleş / non facile inquit permanere rem
publicam non legibus/& consuetudinibus compositam:quamobrem
seruari leges oportet, & ad eam causam scripta omnia interpraetari
conuenit: hoc est/quoniã reipub.seruiuimus cõmodo atq; utilit te in
terpretemur:nã ut ex medicina nihil oportet putare proficisci,nisi q; ad
corporis utilitatem spectet:qm̃ eius causa est instituta:sic a legibus ni
hil conuenit arbitrari/nisi q; reipub.cõducat proficisci:qm̃ eius causæ
sunt cõparatę.Hinc Pausanias Pysistrati filius cuidã percũctanti/ cur
ex priscis legibus nullã mouerẽ Spatiatis liceret: qa leges inqt homi
num/non homines legũ dños esse oportet. Hinc Cato apud Liuium/
ulla lex satis cõmoda est mortalibus Plato edicebat/ proboꝝ uiroꝝ cã
leges pactas/ne ipsis iniuria inferat: Hinc Gneus inquit/q; aurũ per-
hibetur penes sapiẽtes fuisse regnũ ęuo illo Pessidonius iudicat, hi cõ
tinebant manus/& infirmiores a ualidioribus tuebant̃:sed postq̃ sub-
repentibus uitiis in tyrannidem regnum conuersi sunt:opus esse cępit
legibus de regibus: Et Cicero ex Possidonii sententia / Adam inquit
illud ne uideat iurisperitos odisse/ tantam auctoritatẽ condonatã esse

apud Romanos Mutio Scæuolæ ut nemo pene Romæ eo inconsulto testamentum condere; uitium igitur non est artium sed artificum, nec odi in ea eruditione doctos/modestosq;, sed audaculos quosdam nimium sibi assumentes / humanasq; litteras non lacessitos dii lacerantes: nam ut cæteros taceam quos diligo (inquit) Antonium ciuem meum iureconsultissimum / dimidium animæ ita amo/ ut nulla prorsus ad beniuolentiam fieri posset accessio: nec iureconsulti nos lacerant/sed inconsulti/ & indocti/q nesciunt artes litterarias inter se cōnexas & giro quodam contextas: quippe prudenter ac scite Hesiodus disseruisse perhibetur/malum concilium rem pessimam esse consulenti: siue enim casu fuerit/siue etiam potius immunis permissu/ sæpe qđ satis constat/experientia edocuit: nam mala consultatio / iudiciumq; prauum in legis peruersionem/in auctoris perniciem uertisse: & unde fraus profecta est illuc sit cum damno/detrimentoq;/ac calamitate reuersa, deuicit inquam (ut Martius inquit) hostis/ mortalium hominem in ligno/& ipse pari uictoria euictus / pari tryumpho immo inuictissimo triumpho euictus: cæterum prior uictoria fraudi fuit, quæ longo est interuallo secuta uirtutis sapientia : unde Iosyppus erat/ (inquit) Ammanis auctoritas apud Artaxersem non parui ponderis perpulit, is regem uno die iusserit omnes hebraici nominis sub regno interfici: ipse ingentem crucem Mardacheo iudice sanguinis fabrefecit: erat is non ignotus regi ob Hesterem fratris filiam/ impelicatum ab eo receptam imminebat, manifestum Hebreis exitium/cum paucissimarum rerum spatio/seu interuallo rex Hesteris precibus exoratus non tantum edictu explosit / sed Ammanem concilio auctorem cruci affixit / quam ille Mardocheo nominatim parauerat; pepercerunt leones Danieli in caueam deiecto, ut sacræ edocent litteræ / eos sede laniarent, per quos erat puer innocens brutis expositus. Pari etiā exemplo uindicata est a calumnia Susanna pudicicitiæ, senes qui capitalem noxam insonti astruxerant / sui sceleris coniuncti, in se capitale supplicium uerterunt. Hinc illa Demetrii Phalerii nobilis sententia / mensura inquit/in rebus omnibus, optime legibus obtempera, parentes cole, bene te habe / & corpore / & animo, libenter audi, sed pauca libenter disce, moderata custodi. Hæc enim sunt

legis præcepta/iniustitiã odio prosequere,quod est uirtutis proprium pietatem cole, ciuibus monumenta legum probe edoceas, linguam tempera:ui nihil agas/nisi legis mandata:filios erudi,inimicitias dissolue.Hinc Aeschines/non enim censuit legumlator pręmeditata oratione/sed uita moribus composita rhetorẽ accedere ad tribunal oportet:nam iustitiæ est conuenientia/& decentia agere iniustitia uero est deorum contemptio,parentum uoluntaria uexatio,magistratuum & legum negligentia/& iustitiæ uolũtaria ignominia,iustissimus & sanctissimus ciuis habendus est/qui honorat/& contempnẽtes punit: siquidem qui iustitiæ pręsunt maiore cura/fideq; amici,& multa pręsidia paranda sunt hostem aduersum deprimere,strenuo homini difficile non est occulta pericula neq; peragere/neq; euitare, etiam probis/ac bonis in promptum est:siquidem ubi in republica noui ciues aduecti fuerint:quoniam quidem renouatus admodum populus erit:in ea re legis uis amplectenda est, ut colantur boni mores/concordia inter ueteres & nouos coalescat: sed pulchrius ciuitati/ciuibus postremo humano generi euenerit/pepericturq; si studium pecunię abolebitur: aut q; ad res refert legum minister annuerit,atq; aliunde neq; priuata res/neq; publica/neq; domi neq; militiæ regi potest, legis in legũ pernitiem:nam ubi cupido diuitiarum inuasit/legum peruersio, neq; disciplinæ/neq; probę artis/neq; ingenium ullum satis pollet,quin animus magis aut minus mature postremo tñ succũbat: iam sæpecõspicimus qui regna/qui respublicas rexere, & nationes per opulentiam magnã imperia amiserint,quæ per uirtutem inopes cęperant: idcirco excitandum censeo,nam ubi probus deteriorem contra legis præcepta diuitiis magis illustrem/clarumq; magis delectum/acceptumq; cõspicit, primo estuat/multaq; in pectore uoluit: sed ubi gloria honore magis indiges. Virtutem ut inquit orator/opulẽtia euicit, animus ad uoluptatem uero deficit: quippe gloria/industria aliter ubi eam depresseris/ipsa per se uirtus amara atq; aspera est: ubi leges non negliguntur,postremo ubi diuitię clarę habent/ibi omnia bona uilia sunt: fides/probitas/pudor/pudicitia/ nam ad uirtutem una ardua uia est, & ad pecuniam, quæ cuiq; iubet: nititur & malis & bonis rebus ea creatur:ergo proborũ magistratuum est/auctoritatem pecunia deme

re:neq; de capite neq; de honore ex copiis quisq̃ epulentiis magis aũt minus iudicauerit: si ut neq; prætor/neq; consul ex opulentia/uerum ex dignitate creetur:sed de magistratu facile populi iudicium sit, iudices inq̃ a paucis probari/regnũ est ex pecunia legi/ inhonestũ quippe ut Cicero meminit/nulla est lex quæ aliquam rem inutilẽ/ aut iniquam fieri uelit:omnia supplitia quæ a legibus proficiscuntur/ culpæ aut malitiæ uindicandæ causa constitutæ sunt: nullæ res neq; legibus neq; scriptura ulla/deniq; neq; in sermone quottidiano/ atq; in pœnis domesticis possunt administrari, si unusquisq; uelit uerba expectare/ & non uoluntatẽ eius qui ea uerba habuerit accedere: leges inq̃ uobis caræ esse debent: non propter litteras quæ tenues / & obscuræ notæ sunt uoluntatis: sed propter earum rerum quibus descriptum est utilitatem & eorum qui scripserunt sapientiam & intelligentiam: profecto sic res se habet / ut quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet/cõmendatricemq; uirtutem/ab ea uidendi doctrina ducatur. Hinc illius Diomedis iniustitia / legumq; transgressio/ qui apponebat suos hospites equis laniandos:siquidem rex Thraciæ extitit/& ipse ab Hercule (si uera sunt quæ Tragici scribunt) ipse laniatui datus,& supplitiũ quod in alios fuerat cõmentus/multo iustius ipse demum expertus. solebat & Appius Claudius/qui unus in urbe extitit/ Romanę plebis domicilium appellare, sed ipse in ordinem redactus/ tribuniq; plebis iussu in eum locum coniectus/inter siccarios & latrones infœliciter expirauit. Adrianus Cæsar adeo iudicii studiosus extitit/ut per iudices scrutando semper uerum inueniret. Cygnus Neptuni filius/Emytheæ & Tęnæ pater/ nouerca liberis induxit: sed tandẽ insimulatus est a nouerca Tęnem Emytheam quæ sororem/ quæ fratri comes esset expetiit, in cistam inclusos in mare abiecit/eam in insulam locuplenem quæ proinde Tęnedos nuncupata/deleta extitit: sed is Tænes nactus loci imperium instituit ut in tribunalibus assisteret/ qui securi in caput accusantis substineret, ut calumniantes protinus percuterentur qd posteri secuti fuere: unde Cyro admodũ puero proposita causa fuerat a præceptore/qui iustitiam illũ edocebat in hunc modũ/& duobus alter puer maior corpore cui tunica pua/alter; minorẽ cui tunica magna esset exuerat/ quam illum induerat/illius tunica

se se inditio Cyrus cum iudicasset/recte illum peregisse/qui ueste permutauerat:ut poetę/quia utriq; data esset tunica a pręceptore usus est ut male iudicasset,nā in iuditiis sua cuiq; debēt reddi. Theongis mulier ab adolescente quodam in Aegypto misere amabatur, quæ cū ab utpote quem in sui amore irretitum conspiciebat/multum auri quottidie peteret : forte euenit/ut adolescens in somnis illa potiri uisus sit: atq; omnis illa cupiditas qua uexabatur (illo somnio uisa sit extingui: hic cum Theongidi innocuisset/ab adolescente pecuniam ob libidinē eius expletām expostulabat:at renuentem in iuditium trhaxit: Bochores audita controuersia confestim iubet adolescentem tantum numerare/quantum illa expetere/atq; in uas inferri : idq; deinde spectante Theogynide manibus uersare:nam censuit/ut quēadmodum amator cupide reiopinionē tantum habuerat:sic mulieri auri imaginem referri solam: uerumenimuero hoc Bochoris iuditium a Lamia meretrice damnatum extitit, quia cum illud adolescentis somnum desiderium illud abstulisset, non tamen auri umbra/imagoq; Theogynidis cupiditatem restrinxerit. Proinde Pœni in Italia belligerantes potiti fuerant Tarento urbe non ui bellica/sed proditione, estq; a Romanis id oppidum pari opera receptum:unde uox illa Hannibalis/eadem arte qua cœpimus Tarētum amisimus. Sic perfacetum Antonini Triūuiri exemplum & Cleopatræ/solebat ipse Alexandrinis illecebris captus cum regina sępius piscari,habebatq; urinatores paratos qui occulte pisces uicissim ipsius piscantis affigerent: admonuit frequēs captu reginam uanę ostentationis/q̄ ut maiore quodam risu eludere/ pręmisit qui fumosum piscem piscanti appenderet/qui attractus ingentem ridendi materiam præbuit,Cleopatræ & legatis qui aderant/erubuit Antoninus suis elusus artibus,Alexandrinoꝝ(inquit)Antoni fortissime/piscari tuum bellando iustitiam/legesq; obseruando ut tui obseruant/pręcipere,imperiū recte administrare,& hostes deuincere:siquidem ut Cicero meminit/constat/inquit profecto ad salutem ciuiū ciuitatum/incolumitatum/uitamq; hominum/& quietam/ & beatam inuentas esse leges:nā profecto sic res se habet/ut quoniam uitioꝝ emēdatricem legem esse oportet/cōmendatricemq; uirtutum ab ea uiuendi doctrina ducatur. Et Ausonius pareto legi/si quis legem sanxerit.

Hinc Naso/Inde datæ leges/ne fortior omnia posset, Cęptaq; sunt pu rę tradita sacra deæ:Exuitur feritas: & Menander/ualidum quid lex est/si regentem habeat:nam omnia lege fiunt/& iudicantur leges / se qui regionales pulchrũ ui præsente nihil potest esse lex. Hinc Lysan der cũ ad Amonis templum concessisset/sacerdotes gratia corrumpẽ di/ut aliquid oraculi contra Alcibiadem Lacedęmonis persuaderent/ sacerdotibus incorruptis/& ex his quibusdam ad illum accusandum/ Spartam missis absolutus tamẽ est,& qui erat in fatis Lacedæmones Lybię fore aliquando incolas ascendentes/sacerdotesq; moleste ferentes Lysandrum absolutum esse/nos o Spartani rectius peragemus cũ apud nos Lybiam habitaturi accederitis. Et Alexander ille Macedo orante accusatore/alteram aurem solebat occludere, ut ipsa reo relinqueretur:filia quædam matrem fuste conciderat/quæ infensa filiæ ne potes ueneno sustulerat/incusata apud Pompilium Lenatem neq; dãnata ab illo/neq; absoluta est. Nupsit Rosimunda quæ fuit Alboini Longobardorũ regis uxor/post uiri cędem/cuius ipsa conscia fuerat:& Emelchildi inde eius gentis nobilissimo/conataq; est illi regnum abstinere/cæterũ sua spe decepta/ex Verona Rauennã secundo Athesi aufugit:cum regia gaza/& nouo sponso. Hinc illa a Longini Exarchi connubio pellecta/uenenũ priori sponso miscuit/obtulitq;,ex balneis egresso sensit ille confestim receptam pestẽ toto populo nondum epoto placide in cõiugem conuersus/tu inquit quod reliquũ est bibe, negat illa se potum egere/ac q acrius recusaret/eo iuuenis id impensius posceret,& iam minis hortantibus miscere/ac ferrum intentare,tũ illa metu subacta/& si ueneni conscia hausit/ tandem una cũ eo extincta est. Simili scelere sed euentu fędiore Romilda quę fuit Sisulphi forouiliensiũ ducis periclitata est, prodidit hæc Iulium oppidum cũ liberis/& fortunis omnibus Cancano Bauarum regi / quem semel intuita perdite amare cœperat,pollicitus erat ubi in urbẽ reciperet Bauarus illi nuptias:cæterum ne fidem prodere uideretur noctẽ unã habuit Romildam pro legitima coniuge in urbe robustissimus militibus assiduo congressu uexandam tradidit, uexatamq; & male affectã palo affixit. Optime enim Aegyptiaci reges peragebant/ qui legibus parendo censebant se fieri beatos/atq; oĩum fœlicissimos:ut Diodorus Siculus me-

Siculus memorat: unde Isocrates regi suo præcepit/ut leges emendet nouas & optimas condat ad trãquillitatem / cõmoditatemq; ad ciuiũ lites dirimendas:& huiuscemodi pręcepta Isocratis æuo pernecessaria erant, adhuc enim lintribus & ratibus nauigabãt,& tuguria atq; per humiles incolebant casulas: perpaucæ quidem erant leges Hębreoꝝ/ Cretensium/Atheniensium/ac Lacedęmonioꝝ,ad quas perdiscendas ex Senatusconsulto Publius Posthumins Albus/Marcus Manilius/& Publius Sulpitius Camerinus oratores Athenas/& per omnem Græciam missi fuere, in quoꝝ reditu decemuiros legibus scribendis Senatus præfecit: ne quid qd ad ciuilem sapientiam pertineret/populo Romano deesset. Viguere Appius Claudius/ T. Genuchius / P. Sexius/ L. Veturius/A. Malius/P. Sulpitius/ P. Curatius/ T. Romuleus/ Spurius Posthumius uiri ingenio/ac doctrina/& genere illustres, nec uberrima illa scęleꝝ/uitioꝝ fomes/ac copia/ adhuc orbem terraꝝ peruaserat: nec auaritia totos tunc exponebat sinus: ut Satyrus inquit/ nec luxuria/& mensaꝝ uoragines tanta ingluuie terra mariq; crassabintur, castiora potius erant secula: nec tanta cupiditate/ ac libidine mortales rapiebantur: sed quanto plura uitia exarserunt/tanto pluribus legibus opus extitit: bonæ enim leges ex malis moribus oriuntur, ut memorauimus. Romani autem ut armis uniuersum terraꝝ orbem superauere: sic moribus iustitia legibus emanarunt: ex his inq̃(ut inquit Plutarchus)illa iustitia exoritur/quę legis est finis: ut inquit Plutarchus/lex autem principis opus/princeps uero dei simulachrum ad ministrantis uniuersa, nihil egens Phidia statuario/ neq; Polychleto/ neq; Myrone: sed ipse seipsum per uirtutem deo similem reddidit, ac fabricatus est statuam omnium uisu iucundissimam/ac magnificentissimam/quemadmodum enim deus in cœlo pulcherrimum sui ipsius simulachrum constituit/solem ac lunam: talis est in repub. imago & lumen princeps, qui dei reuerens iustitiam tuetur: hoc est dei rationem gestat: nempe intellectum/non sceptrum/aut fulmen/ aut tridentem, qua specie seipsos nonnulli fingunt/ ac pingunt/stultitiam suam q; uideantur inaccessibiles reddentes inuidiosam: offendit enim deus iis/qui tonitrua/fulmina/radioꝝ iaculationes imitatur: delectatur aũt iis/qui suam æmula uirtutem semet in honestate / & humanitate red-

dunt assimiles/ atq; hos in maius prouehit, impartiens suam æquitatem/iustitiam/ueritatem/ac mansuetudinem, quibus rebus nihil est diuinius/neq; ignis/neq; lux/neq; solis cursus/nec exortus/aut occasus astrorum/nec ipsa æternitas/aut imortalitas: non enim fęlix est deus uitę spatio/sed eo q̃ est princeps uirtutis: nam hoc est numen/ porro uirtutis decus est/in q̃d gerit imperium. Anaxarcus igitur cum Alexandrũ de Cleti cede discruciãtem se se consolaretur dixit ad hunc modũ/Clito iustitiam contigisse/quæ diis assideat, ut quicquid a rege fieret fas iusq; uideretur: idq; nec recte / nec utiliter, cum regem erratipotentem animare ad similia patrãda existimaretur, quod si hisce de rebus similitudines sunt conferendæ, non assidet Ioui iustitia, sed ipse iustitia fasq; est: lex quæ tum antiquissima/tum exactissima, ueteres ita & loquuntur /& scribunt/docentq; absq; iustitia principatũ recte gerere/ nec Iouem quidem ipsum posse/atq; eadem uirgo est iuxta Hesiodũ nimirum incorrupta/pudoris/modestiæ / & utilitatis amica: unde & reuerendos cognominant reges: cõuenit enim ut hi maxime reuereãtur/qui minime timent: cæterum principem magis oportet timere ne quid mali faciat/q̃ ne quid patiatur: nam hoc ex illo nascitur/ atq; hic est principis metus/& humanus/nec ingenerosus/ut eos quibus impe rat metuat: ne quid se inscio lædantur: non aliter atq; canes nocturnã ac laboriosam agentes ouium in septis custodiã/simul atq; trucem audierint feram timent non sibi/sed iis quæ custodiunt. Epaminundas autem Thebanis in ludos quosdã festos/& compotationes solutis/ solus adibat arma/mœniaq; dicens se sobrium esse/ac uigilare, quo liceret aliis ebrios esse/ac dormire. Præterea Cato in utica uictore Cæsare reliquos oẽs iussit ad mare uocari eos/simul atq; imposuisset/ ac prosperam esset nauigationem precatus ipse reuersus domum sibi necem sua manu consciuit: docens uidelicet quibus debeat timere princeps, & quę debeat contemnere. Contra/ Chlearcus Ponti Tyrannus arculæ inclusus serpẽtis in morem dormire solitus est. Et Aristodemus Argiuus in cœnaculo domiciliũ habebat ostio pensili, cui imposita lecti ca dormire consueuit una cum unica puellæ mater scalas detrahebat/ easq; rursus apponebat orta luce. Quantopere creditis hinc horruisse theatrum/palatium/curiam/conuiuium qui e cubiculo sibi ipsi carcere

rẽ fecerit: itaq; q ueri sunt reges timẽt iis in quos imperiũ habẽt: contra tyranni eos ipsos timent: proinde metum augent aucta potentia/ propterea q̃ qui pluribus imperãt/hoc plures metuunt: nec enim cõsentaneum est/neq; decens id quod a nonnullis philosophis dictũ est in hyle, idest materia quæ cuncta patiatur, quæq; innumeris negotiis recipiat necessitates/casus/cõmutationes/latere deum admixtum, sed supra nos in sublimi iuxta naturam, quæ his in rebus semper hoc modo se habet/in sanctis(ut inquit Plato)fundamẽtis fixus sedens recta perficit/iuxta naturam obambulans, quemadmodum in cœlo solem pulcherrimum sui simulachrum/q̃ se ceu speculo repræsentet ostẽdis his qui illum per se possunt intueri: ita in ciuitatibus iustitia lucẽ huiusq; rationem uelut imaginem constituit, qua fœlices/ac prudentes effingunt/& philosophia ad summam rerũ pulchritudinem accomodantes se se: hunc autem animi habitum/nihil est q̃d gignat in nobis nisi ratio e philosophia proficiscens, ut idem nobis accidat quod Alexandro/qui cum Corynthi uidisset Diogenem / eiusq; probasset ingenium/ac uiri prudentiam / & magnitudinem esset admiratus ni Alexander essem(inquit)Diogenes essem: aliquantulum ut ita dicam honustus sua fœlicitate/ac splendore/potentiaq; uelut impedimẽtis otiũ negantibus ad capescendam uirtutem, inuidens interim Diogeni pallium/ac peram/quibus ille iniunctus erat/& insuperabilis, non quem admodũ ipse armis/equis/& sarissis: licebat igitur q̃ philosophantem simul & affectu fieri Diogenem/& fortuna manere Alexãdrum: & ob hoc magis etiam Diogenem conueniebat: q̃ Alexãder esset/ut qui aduersus magnam turbulentiam/ac procellosam multis opus esset habere fulturis/magnoq; gubernatore: nam in imbecillibus/humilibus/ ac priuatis/eo q̃ ut sunt stulti/ita parum possunt offendere: molestia quędam ueluti malis somniis perturbat animũ, qui nequeat a cupiditatibus expergisci: at potestas coniuncta cum malis moribus molestiã adiungit cupiditati. Verum illud Dionysii/qui dicebat se tum maxime capere factum ex imperio, cũ quæ uellet celeriter efficeret: itaq; uehementer est periculo suum uelle quæ non decet eum qui quę uelit facere possit: at simul ac dictum est uerbum/res ipsa peracta est: malitia celerem nacta cursum ex potestatẽ quemuis incitat affectum / parit irã/

amorem/adulterium/auaritiam/proscriptionem,ac simul ut uerbũ dictum est/actũ est de eo qui suspitione offendit/periitq; delatus(& quẽ admodum docẽt physici) fulgur posterius erumpere q̃ tonitru prius tamen apparere:sicut sanguis prius apparet q̃ uulnus, propterea q; sonitum quidem excipiant aures,lumini uero uisus occurrat: sic in imperiis supplitia peruertunt accusationes,& prius emicant condemnationes q̃ probationes: illicenim ita iam nequit resistere/ hamata sicut anchora ęquori fero nisi rationis pondus frangat/ac premat potentiã/ uti potentiam/uti princeps solem imitetur: qui cum altissimus est ad polum septentrionalem euhectus, tum nimiũ mouetur/cursum tutũ reddit tarditate:neq; enim fieri potest ut malitia lateat in potestate:uerum eos quidem qui morbo comitiali sint obnoxii:si in frigus aliquid incidat/coq; corripiatur continuo capitis occupat uertigo/ ac uacillatio morbũ arguens/& indoctos/& ineruditos simul atq; fortuna paulum extulerit,opibus/ac gloria/aut potentia subuhectos in altum protinus ostendit caducos:imo potius in uasis/in auibus nõ queas digno scere/integra sint an uitiosa: uerum ubi infuderis aliquid/ tũ apparet qua perstillent:sic animi putres non ferentes potentiam effluunt cupiditatibus:nempe iracũdia/faustu/insolentia,sed quid attinet de his dicere,cum minima etiam nobilium/& illustrium uiroꝝ delicta calumnientur homines: Cymoni uinum obicebatur/Scipioni somnus, Lucullus ob coenas sumptuosiores male audiit. Hinc sedit Carolus Gallorum rex in Barionæ basilica Leonis tertii causam cogniturus: quem Campilus / & Pascalis primicerius pulsatum in uincula coniecerant: cõgerere duo illi multa in pontificem crimina ad leuãdam sui sceleris inuidiam placuit populo qui circũfusus stabat rogare quid de pontifice statuendum censeret, reclamatum est non esse priuati cuiusq̃ de eo qui sacram teneret sedem/iudicare:traditumq; morem a maioribus ut pontifex a nullo prӕterq̃ a se ipso iudicaretur:qua uoce rex sui officii admonitus causam ampliauit, ac mox paulo damnauit capite accusatores:sed pontificis rogatu/capitalis illis remissa est pęna:amboq; in Galliam relegati. Et illud diuinæ iustitiæ illusit Ioannes septimus apostolicæ sedi uerius q̃ clero:qui cum mulier natura esset,sexum mẽtita pontificiam dignitatem inuasit; sed fedus ille lusus & fraus om-

nis in eum conuersa est: etenim domestici hominis familiarissimiq; concubitu pręgnãs facta, cum forte lateranensem basilicam inuiseret/ inter amphitheatrum & Clementis ædem doloribus subito obortis repente partu soluta est, medioq; nixu extincta: tenuit mos/& hodie durat ut pontifices ibi uiam deflectant/tam fedæ rei admonitu. Romani ut armis uniuersum terrarum orbem subegerunt: sic iudiciis/legibus/moribusq; eundem emendarunt. Verumenimuero nisi tantũ Gręcis tribueremus: cũ Elladia antiquior nobis sit q̃ Italia, plane consensu omnium fateremur iureconsultorum nostrorum libros / omnium philosophorum uolumina grauitate/eloquentia / doctrina/ ac sapientia ante ire: Cicero decem uiralium legum bellum/ quas duodecim tabulas appellarunt luculentissimis uerbis / in libris suis de oratore ad Quintum fratrem extulit, & omnium philosophorum bibliothecis anteposuit: quibus uix dici potest/quantum deinde additum sit, ex legibus plebiscitis senatusconsultus decretis principum/ ac responsis uirorum prudentium/quos iurisconsultos dicunt: in quorum numero/ut Cicero/& reliqui omnes doctissimi Romanorum extiterunt: sublatis igitur erit regibus nostri temporis labor scribẽdaꝝ legũ ab his maximis uoluminibus quibus populus regum/ac gẽtium omnium uictor ius ciuilis sapientiæ uniuerso terrarum orbi præscripsit: laborent reges ipsi/ut optimos quosq; uiros & doctrina/& uirtute præstantes iure dicendo præficiant; qui leges ac iura non modo custodiant/ seruariq; ab omnibus faciant/uerum ipsi nihil contra leges agant/ exemplo Licurgi qui nihil aliis edixerit quod non ipse ante seruauerit: sanctissimum habendum est Romani prætoris edictum illud / & pro foribus iuris semper scribendum, q̃ quisq; iuris in alterum statuerit/ipse eodem iure utatur: hoc quãuis ad priuatos etiam spectare possit: tamen ad legũ latores principaliter pertinet: & ad omnes qui cum potestate/ atq; imperio sunt: qui enim legum aliis uadimonium constituũt, scire etiam debent se omnibus illis iuris uadimoniis uadatos esse: Turpissimum fuit A. Claudio contra ius quod in duodecim tabulas transtulerat/ amore uirginis/quam sibi in seruitutem uindicare uoluisset fas/& nefas miscere: unde illius pater Virginius grauiter indignatus uirginitatem/castitatemq; filiæ uitæ quoq; praeferendam esse putauit; arreptoq;

sutorio cultro filiam transegit/ ut uirginis morte iniuriam/ac dedecus stupri arceret/filiæ cede imbutus euestigio ad exercitum rediit/ & cõmilitonibus suis rei seriem exposuit:tunc legiones decemuiralem uiolentiam/ac tyrannidem iniquo ferentes animo q̃ dum ipsi pro cõmuni libertate decernunt/illi qui ad custodiam urbis relicti fuerant eoꝝ liberos per uim in seruitutem conarentur asserere/relictis ducibus signa in Aduentinum montem transtulerunt , & confestim omnis urbana plebs illhuc se contulit/unde populi consensu Appius Claudius & reliqui decemuiri in carcere necati sunt:& sic rursus respub.constituta est:sed ad amgistratus deligendos redeo / quibus non sensus/aut genus sed sola uirtus suffragari debet,genus enim sine moribus superbiam/& ignauiam,opulentiæ uero sine uirtute insolentiam/improbitatemq̃ plerũq̃ pariunt:uenatores/& equites nõ canis/aut equi sobolem querunt,sed canem/atq̃ equum ferocitate eximium:norunt enim prolem facile mutari,& plerũq̃ ruere tellus (ut in fabulis dicitur)eodem partu gigantes genuit/& simias ; eleganter lyricus noster Flaccus/Aetas parentum peior auis tulit, eos nequiores/ moxq̃ daturos progeniem uitiosiorem ; errabit igitur rex si magistratui aliquem præfecerit/nec diligẽter prius inuestigauerit quibus moribus ille pręditus sit,sed hoc fecerit fretus memoria generis parentum illius:recte Lacedęmonii degeneres homines omni probro/omniq̃ ignominia insectabantur,& præcipue eos/qui hebetes ingenio/nec reddendæ/ nec accipiendæ rationis capaces erant:at qui nõnullos ex regibus suis genitor legitima successione prohibuerunt/aut regno exigerũt,ut ignauos/,& degeneres suffectis : deinde eorum loco ex eisdem regiis familiis melioribus/ut ostenderent non se cum sanctissima regum dignitate pugnare,sed sine uirtute genus omnino despicere : regna quidem priscis seculis non posteris eoꝝ qui regnabant tradebantur:sed eis tãtum qui per uirtutem plurimum de hominum uita merebãtur: unde apud Egyptios eoꝝ omnium quæ ad uitam pertinẽt/ soli reges inuẽtores fuisse dicebantur ; ut Diodorus Siculus scribit:cum uero utrũq̃ conuenit/ut & genus/& uirtus sit in uno homine/tunc recta & consonans uiri armonia habẽda est;iure optimo igitur uolente populo Romano Q. Pompeius prætor urbanus/Fabrum Nebulonem illũ im-

puriſſimum paternis/auitiſq; bonis interdixit/ne in ganeis/ ac luſtris per luxum/ac libidinem pecunia illa prodigeretur,quæ per domeſticam/ac militarem uirtutem quęſita fuerat,eius nāq; pater Q. Fabius Maximus uir omni laude digniſſimus de Allobrogibus Gallis tryũphauerat,perpetuęq; dignitatis cognomentum meruerit:& eius maiores per omne æuum optime de repub.meriti illuſtres ſemper habiti fuerant/diuinumq; genus ab Hercule recenſebant: ſcite admodum Iuuenalis eiuſmodi Helluo nec ſatyrica libertate ab omni nobilitate exturbat/& in ultimam plebis fecem immergit.Cornelia quoq; gens quæ decus Romani imperii ſemp extitit/degenerē ſuperioris Aphricani filium monſtro cuicũq; immaniſſimo q̄ parenti ſimiliorem / ut a prætura quam ex maiorum commendatione adeptum/omni ſordido flagitio polluerat/ſe abdicaret/compulit,egitq; ut nec ſellam poneret/ nec ius diceret : quin etiam e digito eius annulum detrhaxit , in quo caput Aphricani patris ſculptum fuerat:ne ex facie illa qua uitæ turpitudinem contaminauerat/oſtendere poſſet ſe filiũ eſſe eius/qui uirtute & armis imperium Romani populi ſtabiliuerat. Hinc illi priſci percenſuere legem Gaii Gracchi quam ex tribunatu promulgauerat/ extollebant , ut ex confuſis quinq; claſſibus ſorte Centuriæ uocarentur, ita coequantur dignitate/cenſu/uirtute ante ire/alius alium properabit:nec ego ut cenſeo arduas medelas contra diuitias ſtatuendas duxi: nam perinde omnes res laudantur/atq; affectuntur , ut earum rerum uſus eſt malitia pręmiis exercetur:ubi ea dempſeris nemo omnium gratuito malus eſt:cæterum ut orator ipſe memorat / auaritia/ bellua fera intolleranda eſt/quo intendit oppida/ agros fama atq; domos uaſtat,diuina cũ humanis permiſcet:neq; exercitus / neq; obſtāt quo minus ui ſua penetret:cum leges iura contemnat fama/pudicitia liberis/atq; parentibus diuina illa iuſtitia exploſa cunctos mortaleis expoliat:uerum ſi magiſtratibus rempub. regentibus ſi pecuniæ decus ademeris/magna illa uis auaritiæ facile bonis moribus uitetur: quippe omnia regna item & ciuitates/ & nationes uſq; eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud omnes uera concilia perualerunt: ubicunq; gratia/timor/atq; uoluptas corrumpere : poſt paulo imminutæ opes , ut priſcus ille perdocte diſſeruit / deinde ademptum

imperium postremo seruitus imposita est:equidem sic percensendum sensui cuicunq; in sua ciuitate amplior/illustriorq; locus / q̃ aliis est ei magnam curam esse reipub. nam cæteris salua urbe tantummodo libertas tanta est, qui uirtutem sibi diuitias/decus/honorem pepererũt: ubi parum perinclinare respub. agitariq; incœperint, multipliciter animus curis/atq; laboribus fatigatus / aut gloriam / aut libertaté/aut rem familiaré tuetur/defensatq;, omnibus locis adest/festinat, & quãto in secundis rebus florentior fuit, tanto in aduersis asperius/magisq; anxie agitat. Itaq; prisci illi Romani cum bellis asperrimis præmerentur equis/uiris/pecuniaq; amissa nusq̃ defessi fuere, ut legibus / patrioq; iure obtemperarent:nec iustitiæ uires negligerent : de imperio certare/non inopia ærarii/non uis hostium/non aduersa res ingentem eorum animum subegit:quiq; uirtute cœperant/simul cum anima retinerent:atq; ea magis fortibus cõciliis/q̃ bonis præliis patrati sunt: legibus obtemperando : quippe apud illos una respublica erat, ei omnes consulebant, factio contra hostis corpus atq; ingenium/patriæ nõ suæ quisq; potentiæ exercitabatur : non ut nostro æno mortales ipsi/ etiam christianæ religionis imbutos/ipsa explosa ueris ipsius documétis/diuinisq; preceptis neglectis eorum animos discordia/atq; ignauia inuasit:ignari laboris hostium militiæ domi factione instructi superbia moderantur: itaq; prisci quorum concilio respub. & ciuitates dubie stabilitabantur / firmabanturq; oppræssi ex aliena libidine huc/ atq; illuc fluctuantes agitantur , interdum aliæ legibus explosis, aliæ deinde aliæ decernunt, uti eorum qui dominantur simultas/arrogantia fertur:ita bonum malumq; publicum existimant/ q; aut si libertas æqua omnium/aut sententia obscurior esset maioribus opibus respub. & minus potens nobilitas esset:sed quoniam ut inquit Historicus/coequari gratia omnium difficile est, quippe cum illis maior uirtus parta /reliquerit gloriam/dignitatem/clientelas cætera multitudo pleraq; inscitia sit sententias eoꝝ à metu libera: ita in occulto sibi q̃sq; alterius potẽtia carior erit libertas/iusta bonis/& malis/atq; ignauis optabilis est:uerũ eã pleriq; metu deserunt stultissimi inq̃ mortales/q; i certamine dubiũ est quorsum accidat, id ꝑ inertiã in se quasi uicti recipiunt: nã inquiens ut censeo mihi ꝓ uero constat omnium mortaliũ uitã di-

uino numine inuisier:neq; bonū / neq; malum facinus cuiusq̄ pro nihilo haberi, sed ex natura diuisa præmia bonos malosq; sequi: interea forte ea tardius procedunt, suus cuiq; animus ex conscientia spem præbet: sed & diuini illi apostoli christiq; athletæ edixere præclare / atq; illustre (ut reor inquientes) omne datum optimum / & omne donum perfectum desursum est descendés a patre luminum: sed & candidissimæ illius lucis (ut inquit Dionysius) quæ a patre motus initium sumit, nō ut prisci gentiles edixere: processus omnis benigna in nos largitione manans / rursus ut summa uirtus per quam unum secum efficimur, ui intentionis præcipue nos mortales parat / & explicat, atq; a cogentis ad se patris unitatem ac deificam simplicitatem conuertit: ex ipso enim ut diuina illa sacraq; edocent litteræ ac eloquia / & in ipso sunt omnia: aliud inq̄ autem præter cætera: hinc peculiare uirtuti ut hic uir bonus appelletur: quicunq; uero s fuerit non facile omnibus deprehenditur: cum sæpe quis citra religionem naturæ dote ac bonitate honeste qq; seruator appareat: ex quo uidere licet nōnullos quādoq; ita iustitia præditos ut neminem lædant / iuuēt omneis: quemadmodū Nasica inter Romanos / qui delphico oraculo unus omnium bonus dicitur appellatus: præterea Pomponius Acticus / Titus Traianus, inter græcos Pythagoras / Socrates / Aristides, inter christianos etiā quosdam non tam dei metu q̄ naturæ probitate / aut philosophiæ instituto ab iniuria / maleficio ꝑabstinentes: at religiosus deumq; timens sæpe etiam ex natura ad iniustitiam / libidinemq; pronus sibi uix temperabit: Innumerabilia illorum sunt exempla / quæ q̄q̄ ex æquis benigni dei gratia facta sunt, naturam tamen omnino negare nequiuere. Ira / libidineq; pariter estuebat Hieronymus: alteram omnino magna tamen difficultate suppressit: alteram uero iracundiam subiugare prorsus nō ualuit: quanq̄ hac probe / contraq; orthodoxæ fidei hostis est usus: deus enim ab initio ut rerum aliarum (sic hominum naturas ita instituit ut eas minime mutet / inquit Augustinus. secus autem nec ex uoluntatis ipsius imutabilitate: nec plane ex prouidētia foret: ex quo ii tantū iure appellādi iusti / ac boni q uerū sec pū / rectāq; metā ipsum. sideū cōtingūt / eoq; iustiores quo magis naturæ ꝑpriæ dominātur: alii uero q cōtra eā minime cōtēdūt sorte boni nō uolūtate natura / nō industria huma

no prę̄mio/nō diuino illecti sibi magis q̄ re᷑ auctori satisfaciunt apti tamen si dederint operam, quod eis deest breuiter absoluere: lumenq̨ cœleste quod omnem excedit naturā in idoneo tam fundamento edificare: si uero neglexerint palam fidelibus recte certātibus nullatenus assequi ualebunt: nam sponte naturę nulla adhibita diligentia bonus non magnopere laudandus: arte uero diligentia conatū accedentibus ex omni parte absolutus uidebitur: quę enim naturali tantum instinctu/ac persuasione ad officium intendit siluestri plantæ: qui uero dei metu compellitur domestici longe nobiliori cōparabitur: ut enim in paruis color cæruleus ante omnia sumptus uiolaceum supradictum longe splendidiorem reddere solet: & uilia sæpe pigmenta tabulis illita secundum prætiosius/ac clarius ostendunt. Sic in homine natura muneri quod præter naturam est/nobile fundamentū præparat. Neutrum igitur sine altero satis consumatum tellus nihil omnino sponte ferens nullam aut admodum paruam culturæ/ac diligentiæ spem prębere solet: siluas autem/uberesq̨ ramos proferens longe maximam: talem igitur terram ut facile ad christianæ philosophiæ fructum producendum: Paulus apostolus in Senecam/si ueræ sunt eius quæ ad illū feruntur epistolæ magnopere laudant.

a LEXANDER ILLE MACEDO (VT prisci historici scriptum reliquere) cũ ad Hammonis templum peruenisset/ salutatusq; esset ab ipso Hammone filius fideq; habuisset deo illi priscorũ fabulosa persuasione edoctus iuxta Homeri sentẽtiam / qui Iouem impiũ/scelerum omnium refectũ deoꝝ atq; mortaliũ parentem nuncupauit:fabulose quidem ut poetaꝝ quidem mos est, emisso autẽ oraculo q̃uis futili/umbratiliq; umbra edicto/ nihil aliud dignum putauit qđ expeteret a patre ut delirabat/uel Darii fugam,& uel futuræ exitum pugnæ utrum uel Greciæ infortuniũ impenderet, ut Tyrius memorat/an Asiæ misceri res & conturbari deberet/ sed quasi hæc oĩa recte procederent, de Nilo potius percũctatus est deum illũ q̃uis nõ deum/sed omnium portentoꝝ deliramentũ perorasset, quo scilicet loco fruendi ille exordium capiens in Aegyptum decurreret:scilicet hoc unum ad Alexandri constituendam deerat fortunã, q̃ si exploratum haberet omne somniũ eius numero impræsse uideretur: id autem tantum abest a uero ut si prẹter Nilum etiam omnium cognitionẽ susciperet/seu Istri aut ipsius Oceani naturam agnosceret utrum inq̃ amnis mare/uniuersam circũquaq; terrã ambiret / an potius esset Mediterranei æquoris origo,& fons plausæ/magis inq̃ sol ac luna sub occasum se conderent:aut aliud quippiam qđ poetaꝝ uaticiniis canitur;si cuncta simul exciret nihilo præterea liquor euaderet: cum tamen(ut inquit Lybicus/ac Arrius) eliceret amnẽ in eam partẽ defluere sincere inq̃ eos deus ipe summus:nõ Iuppiter fabulosus/ac oĩum mortaliũ impius/ipsum autem ubi ad Hammonẽ ipsum etiã fabulosum/ac delirũ, uel ad Thesaphratam terrã/quercumue/uel ad Parnasum/uel oraculum/ portenta inq̃ / ut hæc omnia ut censeo, uel hystmenianam uocem/uel delium, delios ue choros/uel quouis gentiũ tã græci q̃ barbari hominis ubicunq; uocale celebretur, inuidũ oraculum accessisse Iouem illum delirũ/atq; Apollinẽ humani generis hostẽ oraculũ crastret, non in deo illo opt. max. omniũ parente/christoq; eius unigenito/ in quo communis mortalium generis salus fundatur, atq; utilius longe sacrificium eiusmodi misissent mortales / q̃ uel Dores uel Peloponnesiacis rebus consulentes / uel Degnionices Athenienses uel de

gis'd coluan

Siculis Corinthi, quare incitatione (ut inquit Tyrius) accepta cōmunium illorū consultorū/qui pro uniuerso genere iussi olim erāt oraculum adire deos illos inanes/ac futiles; sed quisnam inq̄ omniū parens/atq; erogator/is deus ille summus sit humanorū bonorum, & quę sint bonorū ipsorū exordia/qui fortes ex quibus manandi initium capiat, nisi etiam ex christo iesu illo omnium mortalium seruatore assumant, nisi forte superfluum sit/de his bonis quorū causam sentire uidentur deo exhibere negotiū quorū ne oblargitionē perspicimus/aut intelligimus fontem apparentem/& opificem conspicimus/ætherum scilicet architectorē armonicū sydenū/solis lunæq; eductorē astrorū circulationis influxus choreæ decursionisq; moderatorē supremum/tēporum/promum uentorū/omnium rectorem/ęquoris/telluris/amniū/architectum/remissorem frugum/parentem/eductorem/animalium genitalem//pluuium fructiferum parentem/productorem/cuius mēs inq̄ (ut inquit Academicus) nec scindi nec minui potest, sed potius ad omnes naturas admirabili pernicitate perinde ut oculi iactus moueatur, ut quocunq; attigerit tanq̄ a solaribus radiis contigit/quęcūq; eos excipiant in terra clarescere/mirifice exornet; huius inq̄ cōtactus/qualem nunciabimus modum/siquidem qd percenseam aut calleam: At ipsum uates ille Homerus subinnuit/Et in nutu nigrantis lumina torsit deus: dei inq̄ auspicio peracta tellus est, æquorq; telluris atq; æquoris/bruta omnia/peractus est æther, & quocunq; fert aer/& quocunq; mouetur in cœlestibus/terrestribusq; cuncta inq̄ hæc nutu patris dei opt. max. quippe & si opes/imperia/regnaq; beneficio fortunæ et nullo uirtutis merito cōcessa/mortales ipsos interdum in ueneratione adducunt, multisq; alioquin pudenda essent/infęlicitatis umbra latentibus: ita sępius per uirtutem huiuscemodi honor uerius firmiusq; paratur: hinc nos honorem ceu diuinam uenerandāq; rem aut existimationem nuncupabimus: in hoc inq̄ liber Homeri ipsius exemplo deum ipsum uel probatissimum uirū ut ipse memorat inuocare: Dic mihi musa uirum/mores qui uidit & urbes, multorū aut tamen ita peruagatum in hospitalem/terram peruaserit/fretum pertransiuerit/cum hominibus brutisq; fuerit congressus, cōmentitia hæc omnia fuere: sed quia expedito animo usus leui quasi quodam uehiculo/magis q̄ corpus

gis q̃ corpus ipſum ad peregrinandum idoneo in omnem partem ua-
gabatur/naturãq; ipſam conſpexit uniuerſam, ꝙ uidelicet moti ſunt
cœli/quales affectiones terræ/dei archana/mortalium naturas/ſolis
ſplendore ſiderum/quorum animantium genituras/alluuiones maris
equoriſq;/amnium hoſtia/aeris mutationes pluſq̃ ciuilia/domeſticaq;
bella/pacifica/nuptialia ruſtica/equeſtria/nautica/diuerſas artes/ua-
rias uoces/multiplices ſpecies dolentium/geſtientium/lugentium/ri-
dentium/pugnantium/iraſcentium/cõmenſantium/nauigantiũ, itaq;
tanti uiri uirtute perlectus pleraq; quæ uirtutis/maieſtatiſq; eius mu-
neris percenſenda cenſui omnem inter homines laudem ea excedere
putari debet:quæ ceu ita extorquente uirtute ab hoſtis ore proficiſci-
tur, quia ſuſpitione prorſus carere uidetur: id quod Athenienſi The-
miſtocli contigit, quem uirtus partaq; ingentes uictoriȩ in eam nomi
nis exiſtimationem extulere, ut patria pulſus/cum ad barbaros recipi
cogeretur/Xerſes Perſaꝝ rex græci nominis acerbiſſimus hoſtis ſingu
lari eum honore/letitiaq; exceperit, ſȩpiusq; ut traditum eſt/inter ſuos
dixerit uideri ſibi fœlicem ſe eſſe/ꝙ ei fortuna Themiſtoclem amicũ
dediſſet, cuius rei eum tanta cum lætitia ceperat/ut ſæpe noctu expet
rectus miniſtros rogaret/an ſecum Themiſtocles eſſet: huiuſmodi aũt
uerbis congruentia addidit facta, urbem enim opeſq; ingentes ei do-
no dedit: o uenerandã maieſtatẽ, maioriq; laude q̃ ut mediocri poſſit
cuiuſq̃ efferri facundia dignam/tantum tãq; ſuperbum regem pluris
exulem hominem/quem hoſtem habuerat/qui tãti regni faſtigiũ/tan
taſq; opes quantas poſſidebat ob unam uirtutem facere, quȩ Themi-
ſtoclis animum ſecuta erat/uictoriis ingentibus ornata adhuc enim
Perſico ſanguine madebat • Reuerſus ex Sicilia Plato cum in Olym-
piam perueniſſet, populi qui ludoꝝ gratia eo conuenerant ut eius ad-
uentum intellexerunt/relictis ludis ad eum excipiendum omnes cu-
currerunt, eum ceu diuinũ hominem e cœlo miſſum ueneranter atq;
admiratione capti ſpectantes/ꝙ ſiquis Græcoꝝ uanitatem ob piorũq;
ludoꝝ ſtudia conſiderauerit/cõtraq; q̃ paruis natalibus Plato eſſet or-
tus intelliget quanti eiuſmodi eſſet honor faciendus, quẽ Græci nũq̃
ante principi ulli/aut regi exhibuerant: Quanti etiam Ariſtotelis do-
ctrinæ maieſtas facienda, cum Philippus Macedonũ rex uir pruden-

tissimus nato Alexandro ad eum scripserit non tam se suscępto filio lętari/q̃ ꝙ Aristotelis natus etate ab eo posset ita erudiri/ut dignus Macedonico regno euaderet: maiore spe in eius institutione posita/q̃ uel in regno/uel in cæteris qui tunc uiuerent philosophis. Quę regna/aut quæ uictoriæ/uel quæ doctrina tantum maiestatis in homine aliquo posuit, quantum integritas/bonitasq; Zenoni Cythtieo Cyprico philosopho peperit, apud eum enim dum Athenis moratus est/ciues portarũ urbis claues posuerũt, tutiores eas esse in eo loco/q̃ quouis in tẽplo putantes: certius illi q̃uis peregrino cõmunem salutem/q̃ ulli conciuium suoꝝ credentes: cuius uirtutem ut populus Atheniensis quanti a se facta esse testatur/aurea statua corona insigni donauit. Posteaq̃ Antonio Cleopatraq; in Aegypto deuictis, Augustus Alexandriã ingressus est/id quod primus in ea urbe optauit conspicere/Alexandri magni corpus fuit, quod non uerboꝝ solum sed etiam coronæ profecutus honore totum floribus cõspersit: rogatusq; an Ptholomeoꝝ Aegypti regum inspicere corpora uellet, respondit reges se & nõ mortuos uidere uoluisse, graui testimonio ostendens inter eos regem unum esse Alexandrum/qui uirtute ac fama uiueret: laus profecto quæ sine alio teste Alexandri maiestatem testaretur, cum ab orbis terraꝝ principe profecta/in quo prudentia esset, adulatione/atq; errore putari debet caruisse/non minoris uirtutis præmia/nec minorem in homine maiestatem ostendit: Id quod nemeis ludis Philippomeni megalopolitano Græci præstiterunt, posteaq̃ apud Mantineam nobilem illam uictoriam consecutus fuit, lustrato enim illic exercitu/cum citharistæ cantoresq; permulti interessent, canentẽ hos uersus Pylade/per hunc ducem Græciæ urbem libertate omnes ornate fuerunt: cõuersi omnes populi Philippomonem maximo ac lætitiæ pleno clamore eius uirtuti hos conuenire uersus testati sunt. Cum in Gallia Argobastes comes esset/& post longa bella/multasq; de hostibus uictorias/pacem iniuisset in cœna cum Gallię principibus rogatus est ab eis an Ambrosiũ nouisset, qui & nosse se/atq; ab eo amari respondisset: subiunxerunt principes qui id petierãt, haud igitur mirũ est si nos bello uicisti/qui Ambrosii amicitia uteris: nam si stare solem iuberet/dicto is audientẽ esset habiturus solem; partas igitur de nobis uictorias nõ Argobastes

T SI PRISCORVM MONVMENta extitere mortales ipsos edocentia asserentium q cum ex animo constemus/& corpore animum qui diuinus est perpauci colant, corpus quod fluxum est/& caducum ut plurimi mortales prosequantur/ ueneren turq, peruersi atq praepo∫teri qui id quod deterius est pluris peragant/ac efficiunt eo q preciosius est qui bona corporis animi dotibus anteferre non uerentur: ut Philippus meminit / qui in uoluptatibus belluinis summum bonum collocandum esse censent, at qui quanto rectius/quanto laudabilius est ita instituere uitam nostram ut corpus animo ancilletur/ut bona animi praemiaq imprimis capescenda esse existimemus, ut corpus ipsum animi non animum corporis ratione ab illo omnium parente deo compactum / fabrefactumq esse credamus ut deniq hominem interiorem hoc est animum qui uerus homo est colamus/ueneremurq, ut a deo illo summo architectore peractum in ipsius dei opt.max.excelsam/illustreq gloriam: hoc inq Plato uir doctissimus/ & Lucius academicus factitandum esse ostēdunt/demonstrantq: haec efficere debet quisquis de seipso bene sentit: quippe cultus animi est prioribus/ac improbis explosis meliora sectari, & id quod est potissimum capescere: cultus animi est ipsa iustitia/legūq disciplina quae una est de summis uirtutibus, quae sacra/ac uenerabilis, quae rerum publicarum gubernatrix/ac rectrix praeclata esse fertur, quam peritissimi primam appellant disciplinam/autumantq caeteris aliaru artium studiis esse anteponendam, in qua presidium ciuiū ac reipublicae simul & telum est quo propugnare pariter & incessere possimus, quae omnium regina lex ipsa a peritissimis nuncupatur, qua qui praeditus est ut inter mortales (ut ita dixerim) immortalis nuncupatur, qua deniq efficitur ut reliquis tanto praestemus quanto homines ipsis brutis antecellunt: Quippe multi Graecorum de legum disciplina scripsere: Pythagoras ille Samius a Crotoniate & omnes fere populi Italiae pcepta reipub. accepere/summa laude extulere duos Pythagorae discipulos Zelencū qui leges Locrensium conscripsit / & Carontha cuius institutis usi sunt Mazásini/Capadoces fuere: etiam Pythagorici Parmenides: & Zeno qui Eleam Lucaniae urbem cōmu

nem patriam ciuilibus præceptis optime instituere: Tarentini quoq; pythagorica præcepta tenuere, & Architam egregium ciuem quasi præceptorem popularis disciplinę diutius obseruarunt: Hydapsus patriam reipublicæ quinq; uoluminibus conscripsit: Eudoxus Cymnius ciuibus suis leges/& ciuilia præcepta tradidit: sicut & Pythagoras Abderites Liriis: Phaleas Carthaginẽsibus: Emphorus Cretẽsibus: Ippodamus Milesius Deotimo statum reipublicæ scripsit: sic etiam Ephesius/Eschines Milesius inter ciuiles scriptores habiti fuere: Zeno Cyseius stoicorum princeps de ciuili societate libros scripsit: eius auditor Chrysippus ea licentia de republica libros edidit, ut ea in lucẽ edere oratio reformidat: Plato & Aristoteles uti in rebus aliis/ita & in ciuili institutione cunctos antecellunt, quorum uolumina non modo uisendi sed etiã ediscẽdi sunt: ut Xenophon Cyri pediam edidit quã tanti peregit Scipio ille superior ut eam se lectitando contriuisse glorietur: Imitatus eum extitit Diogenis Omisicratus auditor/hic Alexãdri tirocinia prosecutus est (ut Patritius/& Arius memorat) meruit etiam ingentem laudẽ in eodem scribendi genere Eophantius Olympius, nã & Antigonum regem instituit/& regni præcepta ei condonauit: Ex latinis priscis Cicero reipublicæ gubernacula diuina illa florẽti eloquentia conscripsit quæ una cum nonnullis pulcherrimis uoluminibus periere, de somno Scipionis exiguam illam particulam omnino intactam relinquens, quæ diuina quadam sapientia/ac prouidẽtia ab eo conscripta naufragium supernatauit, qđ si Aristoteles æquũ esse cẽsuit rursus de republica scribere, cum Platonis apud quem duo de uiginti annos operam nauasset libri in manibus essent: & si Theophrastus eodem exemplo cogitationes suas de eadem re litteris mandauit, cum Aristotelis præceptoris magna legerentur gloria: non inq̃ erubescendum censeo siqui ex latinis id pulcherrimum munus imitẽtur: hæc tam præclara & singularis legum præstantia/reiq; publicæ præcepta/hoc tam lucidum ingenium illustrium legum conditorum dignitatis fastigium ne dum graues uerumetiam luculẽtissimos oratores/uirosq; ornatissimos repperit, cũq; qui non tam ardua sententiarum serie q̃ facunda edicendi floruerint uenustate/ubertateq;: nam quid obsecro aliud/hæc mirifica legum disciplina sibi uendicat excellentiæ q̃ ꝙ distincta legalium membra continemus, tot stabiles in

corruptibilesq; quosdam mortalium uniuersorum uirtutũ cardines quibus tota huiusce uitæ nostræ iustitia solidatur e uestigio possimus reperire/ac indagare:hæc una inq̃ pernecessaria legum norma:ut Aristoteles asseruit/ad uirtutem/tranquillãq; mortalium pacem/ac quietem perordinata:cum inquit sicuti homo si sit uirtute perfectus/optimum est animalium ita si sit a lege separatus est pessimum : recte itaq; leges conditæ ut earum metu humana coerceretur audatia/tutaq; esset inter improbos innocentia, & in ipsis impiis/ impurisq; nocendi facultas supplitii formidine frenaretur:nec sane mirum si humanæ leges micantibus uirtutum radiis expolitæ diuinum nescis quid redolent, cum ad suprema illa dei opt.max. prouidẽtia exhaurirentur. Hinc Salomon ille rex per me reges regnant inquit / & legum conditores iusta decernunt:id equidem cęlestis hæc legum institutio quandoquidem commune reipub. omnium iustitiamq; prætendit quæ uirtutum est præclarissima / imo artiũ oĩum & p̃cipue officiosissima conseruatrix omnibus penitus præferri debuit disciplinis:hinc profecto iustitia ipsa quã ob nimiam eius excellentiam aureo uultu pictam ueteres philosophi primitus ostẽdere a mellifluis ueluti legum uberibus educatur, & sedulo ne pereat intuitu constituitur:nec sane inq̃ mortalibus conducibilius quippiã reor q̃ de bonis conficere/& casus reliquos non timere, Iura enim inq̃ publica certissima sunt/mortalium uitę solatia firmissimaq;/& spes oppressorum præsidia / tyrannidum frena:hinc & securitas prouenit & conscientia proficit: his plane populorum concordia conseruatur, uiuendi semita quibuslibet aperirur, litigantium/altercantiũq; controuersiæ cedantur litesq;,incõtinentia condemnatur, malorum origo omnium superbia uirtutum seruitio mãcupatur, parsimonia ampliatur, his deniq; iustitia illustratur, his inq̃ absq; legibus inexpugnabilis illa priscorum uirtus Romanorum tametsi forti animorum/ bellatorumq; robore feruida uniuersas orbis partes nisi prius habitis suis nequaq̃ ualuit uiribus adipisci:quid inq̃ foris arma ualuissent nisi domi legum consilium uiguisset:ascribe de legibus non nihil ex priscis Grecorum gymnasiis ut ille orator disseruit/excerpsere, tunc e Romanis plurimi uti Appius / Claudius / qui quosdam ut edixere iurium libros edidere legum conditores apparuere: Ita multi deinde Scipio Nasica / Scæuola pontifex / Trebatius/ Lucilius Seruilius/ Dedechi

nus Dubius / P. Rutilius / Tyberius Cæsar / alii quamplures legum scriptores euasisse clarissimi, & eo tū totius orbis dominos uocauere, primus nihilosetius apud aliquos Romanos Numa Pompilius leges & sacroꝝ cultus creditur edidisse, nonnulli Phoronem regem/Grecos legibus primitus condonasse contendunt, pleriq; Mercurium Trimegistum cōmemorant, multi deniq; Lycurgum Lacedæmonios legum iugo referuntq; coegisse: diuina inq̄ profecto non humana tantoꝝ uirorum ingenia/qui uranicam hanc in terris cœlitus ambrosiam transtulere: ut inquit peritissimus ille orator/sic inq̄ iustis præmium/& reprobis inuenere supplitium, sic mitibus ueniā/scælestis ignominiam parauere: sic inq̄ probis illis trophea/munera codonauit, impiis/ac improbis/rapacibusq; perennia statuere tormenta. Hinc inq̄ illa insignis & admodum iusta extitit ratio qua Fabritianus iudicium euasit, nam cum adhuc in cunis esset a matris sęuitate seruatus extiterat quę cum Petronio adhęrebat, ob eam rem cū Valentinum uirum sustulisset filium quoq; trucidare conabatur, sed cum proinde is adoleuisset matrem cum adultero se miscentem peremit, crimineq; occisæ matris incusatus senatus decreto absolutus est, & causam ad perdendā matrem intulisse uidebatur: Inusitata & iusta tñ ut censebant extitit Romani equitis sententia/dum corā Claudio Cęsare litem perageret, nā si quidem depræhensus secum gestare serpentis ouum/superstitione motus ꝙ eo altercantes suum putaret, tāq; ueneficus interfici iussus est, inde comparata sibi morte ꝙ impiū/atq; imane extitit, unde ad parandam uictoriam opem expectabat. Et Paulus ille electionis uas a Fęlice Iudeæ procuratore in uincula coniectus & in Festi successoris potestate relictus, cum habita disquisitione plus q̄opus esset uereretur Augusti tribunal compellauit, itaq; Festus & si eum innocentem iudicarat tandem coactus ad illum emittere Paulū cuius tribunal appellarat: Nero aūt ut incēsa urbis inuidia in xpianos exerceret q̄q̄ inocentem post aliquod tēpus capite mulctauit: cū prouocatio tā insignis athletę mortis causam ꝓbuerit. Illustreq; nomē/ Romanęq; urbis decus atq; salus in ęuū extiterit pennis/cęlestisq; regni iter, Romanis ipis/orbisq; dn̄is cōtulerit/eosq; edocuerit Ceso L. Quintii Cincinnati fili9 a tribunis falso accusat9 tāq̄ ab eo Elarc9 Volusi9 uir plebius uapulasset atq; uerberibus Luciū iteremisset: & si pene exploratū habebat accusationē illā

calúniosam e. Tituerũenim uero quia Ceso plebis iudiciũ spreuit exci/tatus iudicio nunq̃ uoluit ob eas contentiones quibus inter senatum/ac plebem decertabatur exilio / atq; arte mulctatus est : SicA quirius Marcus repetundaꝝ idest parũ sincere reipub. rationes pertractasse, cum iam in eo esset ut condẽnaretur Marcus Antonius summus ora/tor qui eius causam tuebatur / aperta ipsius tunica iudicibus ac po/pulo cicatrices ostendit eorum uulnerũ quæ in pectore pro patria ex/ceperat quibusmodi iudices confestim eum absoluere: Sic Græciæ le/gati ut urbium iniurias quererentur Romam proficiscerentur quas Philippus Macedonum rex inferebat,& cum in senatu de ea re agere tur inter Philippi filium Demetrium atq; oratores /cũ Demetrius nõ tantũmodo argumenta defensionis aduersus tã multa facinora quæ parenti obiicebãtur amisisse uidebatur:siquidem pro pudore erubue/rat Demetrii honestate motus senatus ab accusationib9/ criminibusq; ipsum/parentemq; eius absoluit,plus enim iniqui parentis causa filii silentii pudorq; profuit q̃ cuiuscunq; ingens peroratio quiuisset: at cũ ædilis curulis Cæsar senatui contradiceret/atq; obsisteret/ac quosdam impulisset ut Gaio Rabirio diem dicerent,qui olim cũ senatu Satur/nini seditiosissimi ciuis cum compescuerat in iuditium numero Cæsa rem esse cõtigit,itaq; in Rabirium adeo acerbe ac proprie damnauit, ut cum ille confestim populum appellasset nulla re ad obsequendam criminum abolitionem magis q̃ ob Cæsaris acerbitatẽ adiutus extite/rit,censuit enim populus in iuditio plus acerbitatis q̃ iustitiæ fuisse: Sic inq̃ duos Romanos equites a capitali iudicio illos absoluit q alios in iuditio opprimere solet,nam cum in eoꝝ numero fuisse accusarent qui contra Domitianum Cæsarem nulla re Domitianus magis ad li/berandos motus est q̃ q impudicos esse norat, putauit enim fieri non posse ut simul impudicitia/& animi uigor/ac uirtus cõsisterent:quip/pe ut meminit Lucius/non ad instar barbaricę feritatis/uel tyrannicę impotentiæ damnari debet quispiam inauditus & in pace placita tã dirum seculo prodi non debet exemplum · & Fabius/multum me uel uos fallit opinio iudices si ullã causam ita euidẽter deferri i forũ posse putatis cui mẽdacii uelamẽta cõtingãt:hinc illd Solonis/ ut Diogenes meminit / optimus inqt iudex nemo erit nisi q de se alteꝝ cognouerit

iudicari: nam qui innocentem damnat se ipsum uulnerat, quoniam in sua sententia semper reus seipsum punit cōscientia: siquidem iudex ipse ut Cicero astipulatur / ponit personas amici quum induit personam iudicis tantū dabit amicitiæ/ut ueram amicitiç causam esse malit:& ut orandæ litis tempus quo aliquid liceat accōmodet, nam iudicis est semper in causis uerū autem patroni nunq̄ uerisimile:ut inquit Ouidius/Iudicis officium est ut res ita tempora rerum, Querere quæ cito tempore tutus eris, Non enim est confessi causa tuenda rei:nā iudex is uidetur legi obtemperare qui sententiam eius non qui scripturam sequitur, si leges duæ aut plures/aut quotquot erunt conseruari non possunt/quia discrepant inter se, ut Cicero inquit/ea maxima cōseruanda putetur quç ad maximas res pertinere uidet᷑, & maxime cōseruanda est ea lex quç diligentissima & sancta est:multis etiam in legibus multa prætermissa sunt quæ idcirco prætermissa arbitrant᷑, quod ex cæteris de quibus scriptum est intelligi possunt: nā oportet coniectura ex eo qđ scriptū est ad Id quod scriptū nō sit peruenire: nemo enim potest omnes res per scripturam complecti, sed is cōmodissime scribit qui curat ut quædam ex quibusdam intelligantur:nam proprium legis est/ut Phocilides memorat/oībus iusta distribuere, neq; iuditium ad gratiam trahere: asserit enim noli iudicare faciem si tum male iudicaueris & deus deinde iudicabit: nunq̄.n. iudiciū pagere imperitos uiros permittas: & Flaccus malū uerū examinat ois corruptus iudex nā quoties bon9 atq; fid9 iudex honestū p̄tulit utili, reiecit alta dona nocentiū, uult p obstātes cateruas, explicuit sua uictor arma:& illud Satyrici/Dat ueniā coruis uexat cēsura colūbas. hinc Cleobolus/accusare nō licet & iudicare simul, nam inexaminatum ne punias ullum: & Comicus / tu es iudex nequid accusandus uide an quisq̄ iudex est qui possit noscere tua iusta ubi tu te uerbum non respondeas. Quippe ut diuina illa ueritas edocuit / & euangelica ostendit historia/ docuit ueritas/& prima sapientia qđ euangelica monstrat historia/iudicādos esse qui temere iudicant:cū ita sit(nā ueritas falli nō potest) nullū est tam uitium in hac uita qua uiuitur frequentius, lippiunt sæpe oculi, obsurdescūt aures, & hebetior uisus fit, & gustus opinat᷑:nihilocetius mens iudicat id quod sensus imaginatur; etiam oritur hinc quoq; iudicandi ma-

dicandi materia/quo fit ut in nulla uitæ parte densior existat humanę mentis caligo/nullibi maior ignorantia intuitus: Heli sacerdos Annã Helcanę uehementius in Sylo supplicantẽ quousq; tãdem ages ebria dixit, qd despicatius? at illa nõ uino sed diuino flagrabat ardore, estq; iustissima mulier e cœlo exaudita, & ex sterili fecunda facta. Quippe Dauid rex legatos ad Hammonitaꝝ regem qui suo nomine dolerent obitum patris nuper defuncti, credidit ille non ad officium eos ad se missos sed ut circa se omnia explorarent, atq; ita persuasus barbam iis qui missi fuerant contra ius gentium abrasit/& ad nates usq; recidit uestes: temeritas ingẽs/& quę non impune illi cessit: enimuero legatis barbam ademit / sibi uero regnum. Temere nimis & stulte de christo theantropo iudicauit Symon/qui cum etiã hospitio acceperat ne prophetam quidem opinatus, quia mulierem uulgo infamem a se nõ repulisset sed tangi etiam se ab ea pateretur, at fęlix ille error qui discussis ignorantiæ tenebris continuo est factus lucis princeps: sic de falso iudeoꝝ iudicio eicit: aiebant Iudei diuinitatis opera christo inuidentes in Belzabuch demonia eiicere: cæterum uix tam temere calumnia illa iniecta est, quam celeriter discussa tempestiuo ueritatis occursu: si ego inquit in Belzabuch uestri ergo filii quo nomine eiciuntur? cecidit & quidam Alexandriæ Vitalem monacum prostibulo exeuntem ratus libidinis causa locum adiisse, cæterum ille pietatis officium secutus eo uenerat ut inde mulierem eximeret quæ se turpi quęstui addixerat: inuenit itaq; temeritas ultionem, percussorq; uexari illico cęptus est a demonibus ut quoꝝ impulsu dextera peccauerat mens eorũdem incursu torqueretur: Sic e cælo impetrarat Daniel ægyptius abbas fœcunditatem matronæ haud ignobili: cæterum quia frequens in ea domo obseruabatur uicini abbatis congressu mulierem grauidam factam esse arbitrari percrebuit iis rumor quo plus nimio commotus Daniel id spectaculum uocatis aliis sua sponte affluentibus infantẽ per deũ adiurat ut dicat quo esset patre genitus, hinc miraculo factũ ut puer liquide testatus sit se legitimo thoro nõ adulterino natum. Pari infamia perfusus Britius Turonensis antistes primo pueri nondũ menstrui usus est testimonio/qui christi nomine rogatus negauit Britium esse patrem ascribere prodigiosum affatum emuli magicæ arti/

ardentem prunam pius Antistes in sinum collectã per populum impune circumtulit, neq; id miraculum obstitit quo unus post alium fato cõsumti sunt, hostiumq; quo ille ab initio flagitauit in gratiam uertitur: uix igitur tam aduersa inuidia fuerat honore depulsus quanta & innocentiæ/& sanctitatis opinione restitutus: habent & cætere gentes sua temeritatis exempla in quibus ut uetustissimum celebreq; ita maxime memorabile est illud Palamedis qui ad Troiam temerario Græcoꝶ iudicio damnatus periit Itacensis Vlyxis fraude, nec arte multum diuersa Tarquinius qui ultimus fuit Romanorum regum/ Herdoniũ Aricinium temerario & incõsulto Latinorum iudicio perdendum obiecit: age nunc & q̃ inconsulte ne stolide dicam populus Romanus M. Valerium affectatę tyrannidis infamiã coniecit, quia in summa Velia edificaret tanq̃ fieri potuisset ut is qui tam acerbus regum hostis/assertorq; libertatis extitisset se regem faceret, sed domo quæ illi inuidiæ fuit solo æquata adeo ciuitatis animus est mutatus, ut quẽ nuper ut tyrannũ auersabat' publicolam dixerit: Gabinoꝶ aũt iudicium non solum stultũ sed sibi ipsis etiã funestũ/ & pernitiosum, qui Sextum Tarquinium temere credendo ex hoste hospitẽ fecere ex hospite ducem, per quem nõ multo post non tantum bello uicti sunt libertate etiã/& fortunis exuti omnibus: hinc Romana ciuitas in Fabio Max. oblucinata est: tantum nec minus in Minutio in hoc temeritatem pro fortitudine complexa/ in illo prudentiam pro timiditate grauiter auersata, una tamen hora docuit multitudinis esse proprium nihil sapere/temereq; iudicare, ut ubi consilio opus est euẽtum requirat: contorsit & L. Sillam tametsi dictatorem falsus de Gneo Pompeio rumor, contorsit & multitudinis opinio quæ temere rumori accessit: Pompeium in Aphrica a Silla cum exercitu defecisse, pacatus tamen ducis ad urbem reditus uanum populi iuditium arguit, & dictatoris animum metu liberauit: eadem suspitionis uanitas diu sollicitũ & anxium habuit Vespasianum: sed huiusmodi iuditiũ eo leuius quo minus Vespasiano timendum fuit a filio q̃ Sillæ ab alieno adolescente creditus est T. Vespasiani filius/quia Hyerosolimis euersis nõ illico Romam uenisset regnum meditari, credidit id pater/crediderunt & multi: cæterum Titus omnium opinione celerius ad huius

modi falsos de se in mores coarguendos se se patri ex improuiso obtulit, ueni inquit pater ueni per quem suspitio discussa est, principiq; & ciuitati uana opinio merito exprobata: sed in nullis hominum magis q̃ in duabus uestalibus temeraria hæc iudicandi ratio elusa est; Claudia/ & Tutia parum sancte suam tueri uirginitatem uulgo credite: uerum ubi & hęc nauim uado remolita est/cinguloq; aduerso tyberi perstraxit, illa aquam hausit cribro, concidit fama mendax, & q̃ stulte multi iudicarunt, tam dolenter & afflictim suæ temeritatis pęnitentiam egere. Hinc illud Adamantini Gnosci/uiri quidem summę iustitiæ/summęq; sapientię/is ciuilia instituta Cretensibus tradere cōstituit: uerum cum cogitaret auctoritatē suam non satis esse ad ea quę conscripserat persuadenda uariis populis, erant enim in Creta pluri mæ urbes, sed præter cęteras illustres tres Crosos/Cortina/& Sydonia cōmentus est se Iouem quem pręsentissimum deoꝝ fabulantur in cōcilia habere, cuius nutu singula quæq; decreta ad Cretenses deferret, quo inuento ciues pene omnes decreto audientes habuit, & ad frugalitatem/æquitatéq; redegit: longe prius Minos animaduertens adhuc multa sapientia/ modestiaq; præcepta deesse sectatus Radamanthū in antrum Iouis descendit, ut Plato disseruit/& noua quędam instituta deferens consulta/mandataq; Iouis illius impii esse meminit, qua persuasione Minos principatum/ Cretenses aūt maris imperium primi mortalium consecuti sunt: hunc imitatus est Lycurgus ut legum suaꝝ Pythiam auctorē esse Lacedęmoniis persuasit. Hinc inq̃ ut Homerus meminit Vlixem nauigio carentē extēporaneam ratem inscendisse, eaq; paulo post contra tēpestatem deserta coactū enatare, quare subiciente Leucothea uelum ad insulam Pheacum adpulsum supplicem adiisse regiam uirginem a qua deductus in urbem exceptus honorifice ab Alcinoe fuerit ad cōtubernium, iusta ac Pheacum optimi honorifice habitus, eū deniq; idem Homerus indulsit hmōi sermonē cū Alcinoe ordire: ut Academicus Lybicus memorat/rex Alcinoe inqt pulchrum profecto est optimū poetam qualis hic est diuinis artibus exercitatus audire canentem, quid enim lepidius tranquillo populo? legibus/iudiciisq; iudicum non improbis / atq; iniustis obtemperare: quid inquit iucundius? & si poetice edixerint/effinxerintq;, domi/con

uiuis intenſis ad cantum/ordinem cōmentibus lauta propoſita menſa/& crateribus plenis:quero ex te ſapientiſſime mortaliū inquit/ Vlyxes putes ne uoluptatem conſiſtere in onerata carnibus / atq; eduliis menſa / in crateribus plenis/in affluentia uini quibus addatur poeta eos celebrans cantus/ quales illi callebant Pellei de pugna ſimul atq; Itacenſis Vlixis, uel rurſum concauū equum in quē primores Achiuoꝝ urbem cepere: pulchrum hoc præ cunctis rebus tibi mēte uidetꝰ/ peritus nimirū laudor o ſapiētiſſime Vlyxes plebeia uoluptatis/& huiuſmodi etiam barbaris laudet/nuper ex Babilone profectus aſſuetus lautis epulis/uino largiter fuſe extēporariiſq; carminibus:tu inq̄ quid extollis laudaſq; qui apud aliquas gentes iucunda contēpſeris/ locum ac ſyrenum cantilenas:an forte Homerus/pulchrius quidam Homerus eo ꝙ carmina ſonant, uidetur illi inducere quæ ea ſtatim percipiat auditu:nā quī dapibus affluētēr appoſitis/ ac uino in crateras largiter fuſo,conuiuas pręterea inducit inter hmōi uoluptates cantu ſuauiſſimo demulceri/honeſtum proculdubio nobis conuiuium euertat/eiuſmodi qui ſapit ſibi imitandum proponat legibus / diuinis præceptis obtemperat/iudicium peruerſum/prauūq; eneruat/atq; euellat,transferens uoluptatem a turpibus rebus ad decores/ad aures a uētre euellat: Hinc Plato cum ab iudice percepiſſe Zenochratem in eum multa inieciſſet/inſtaretq; iudex reſpondit non eſſe credibile ut quem tan topere diligeret/ab eo non inuicem diligeretur:Aegyptii præter cæteras nationes erga benemeritos de ſe grati ſunt:hinc Philippo Lacedęmonis miles ob uirtutem pręcarus/cum ex naufragio in uillam macedonis cuiuſdam mite inopſq; ſe recępiſſet/a domino domi lectoq; perbenigne excęptus/ſemianimiſq; recreatus eſt,qui triginta diebus impenſa ſua curatum uiatico etiam iuuit abeuntem / ac diſcedentem gratiam tibi rependam/conſpicere ſi liqueat imperatorem non contingat narrauit miles naufragium Philippo ſubſidium/hoſpiteq; tacuit/ quin petiit ut hoſpitis illius prædia ſibi condonaret/ condonauit rex, ſed mox certior habitus ita exarſit ut priori domino bona reddi iuſſerit,militiq; ingratiſſimo ſtigmata inuſſerit • Et Cicero cum in Sicilia quęſturam magna cū integritate/ac diligentia adminiſtraſſet/ſibi putabat rumores de nulla re maiores q̄ de ſua quęſtura habere a Roma

nis, ueniēs igitur e Sicilia puteolos quo multi ex Romanis conuene-rant/putans omnes ad se gratulabundos uenturos egressus e naui cir-caq; balnea profectus ciues Romanos in corona stantes colllloquētes offendit, illi cōfestim in eum tunc primū aduenientē conuersi quesie-runt qua die Roma exisset/ & nunc quia ubi esset naui, hoc quidem Cicero ni permolestū extitit ꝙ tot egregia peregisset /dignaq; facinora ad urbis maxime inediam/& ad alimonia condonanda / ꝙ urbi igno-ta ciuibusq; tot illustria essent: eundē Ciceronem Aulus Gabinius re-petundaꝝ reus summo studio ab eo defensus/consul peractus urbe ex pulit: duobus iudiciis publicis a Cicerone adiutus illius dignitati sem per fuit infensus: Marcus Pompilius Leuas adiutus a Cicerone in re capitali/nec re/nec uerbo qiudem ab illo lęsus / ultro Marcum Anto-nium rogauit ut ad illum trāscriptum iugulandū mitteretur, missus caput Ciceronis detruncat/Romāq; alacriter aduhexit Cæsar otator Sextilium a Cinnanis accusatū defendit/sed is proinde Cinnanis pro fugus ad Sextilium confugit/a quo proditus est. Hinc Pompeius ma gnus cū Marcellinum ad Cæsarem inclinantē cognouisset/ q̄uis de eo optime meritus esset/multa illo in senatu differente / nō pudet inquit Marcelline male dicere/per quem e multo loquēs ex famellico uomēs peractus sis: sic Ceretani Romanos qui ad eos confugerant occupata a Gallis urbe, item Vestales cum igne perpetuo/cū diligentissime ser-uassent q̄uis perinani/atq; superstitiosa religione Gallos etiam a Sabi nis fuderunt, sed ob incuriā rectoꝝ/neq; gratię illis actæ a senatu/neq; ciuitate donati sunt: Catullus Lactantius cymbriaco in bello mari col lega cum aliquādo Marium salutasset reddidisset / ab eo postmodum proscriptus est: Caligula Mocronem ipsamq; Euniā adiutores imperii obtrūcauit: siquidem ea funesta iudicia fuere/& a rectis recta ratione aliena. hinc Lycinius Fimbria cōsularis iudex additus Marco Lucta-tio fuisse equiti Romano sane honesto cōpositionem peregisse/ ne uir bonus esset/ itaq; edixisset Fimbriam se illā rem nunq̄ iudicaturū, ne haud spoliaret fama probatum hominem, sic contra iudicasset nō sta-tuisse uideretur uirum bonū aliquem esse, cū ea res innumerabilibus officiis contineantur: Sic apud Ethiopes nemo etiā dānatus morte pu nitur, sed lictor mortis signū ad reū mittit/quo accepto reus sibi mor-

tem consciscit, nec licet mortem exilio cōmutare: ferunt quendā misso ad se mortis signo cogitasse ex Ethiopia aufugere, qđ præsentiens mater zona ad filii guttur imposita trucidauit: Aulus Varus iudex confessori dicere solebat/cum datis testibus alii citarentur/aut hoc satis testium est, aut nescio quid satis: Quintilianus libro sexto institutionū/ cum irasci iudices/fauere/odisse/misereri cęperunt, agi iam rem suam existimant, & sicut amantes de forma iudicare non possunt/quia sensum oculoꝝ premit amor/ita inquirendæ ueritatis rationem iudex ad mittit occupatus affectibus, sed utrū/ut inquit Academicus/ iustitiæ sit domus altior ut q̄ prauis homines hanc superent dolis/ ut uerū fatear mēs ad dubia est, tu quidem inq̄ tecum ipse Pindare disputas de iustitia/ac dolo conferens aurum cū ære qui agis poetā peritusq꞉ artifex ęs & tantum choro & tyrannis tryumphalia carmina componere q̄obrem tibi aliud imprimis curæ est quēadmodū serues uocabulorū mensuram/aut rectam modulationis rationem/ aut etiā numeri figuras, uiro aūt ei qui uel choros/uel cantū nihiloplus peragit q̄ pueri ludos: & qui unius animi mensuram/numerum/modulationē/atq꞉ habitum cogitat quēadmodū queat propriæ uitæ negotia condire nequaq̄ usq̄ in mētē ueniet/uel etiā leuiter ambigere utrum iustitia sit arduus murus nec ne, sed potius carmine tuo conuerso: Ita loquatur iustitia murus est arduus quæ non obliquis doli itineribus ingreditur mortalium genus quo nihilosetius iustitia aditū ad se prohibeat dolis quā cœlum Aicidis ceu pientissimi uiri/neq꞉ setius doli ad alia mœnia iuuent ascensum q̄ Olympo impositus ossa/uel Pelio impositus Olympus quos iter ad cœlum tantundē intererat/q̄tum inter iustitiā ac dolos, qđ inq̄ bonoꝝ/proborūq꞉ uidelicet iustitia est improboꝝ est dolus & iustitia quidem cōprobata res, adulterinus penitus dolus, illa inq̄ ualida/ac robore firmata: hic debilis gracilisq꞉ illa utilitate ceu cōmoditate prædita: hic utilitatis in uanis, iam ne uero qui iustitiā colit circūseptus est ipse Pyndari mœnibus erigat. Iudices (teste Pediano) in lege iurabant, iudicum album dicebatur tabula alba in qua iudicum nomina scribebantur, iudicia prius per senatores agitabantur, postea Tyberius Graccus legem tulit ut ex ordine equestri iudices trecenti

eligerentur/ut par numerus cum senatoribus essent: laudatissimi in
iudiciis Minos/& Radamanthus/& Eacus/& Boeta infames, Panis
rex in Calcidis qui etiam Hesiodum nescio quomodo Homero prętu
lerit/Bocozii Batani iudex malus apud Lucillum, Lupus de cuius ne-
ce inter deos consultatum est/Chameleonti uiuenti linguam exem-
ptã/qui habeat iudiciorum euentum fœlicem putat Democritus asse
cuturum: hinc ille Plato instituta rei publicę scripturus non Atheniẽ-
sium rempublicam in qua ortus erat descripsit, aut ciuilem aliquam
societatem/quæ suo tempore/ac æuo floruisset/uel prisco extitisse tem-
pore sed nouam & commẽtitiam effinxit, difficile ei factu uidebatur
ciuilibus illis iustitiam persuadere, qui ad eam ipsam colendã a tene
ris ut aiunt unguiculis non instituti extitissent, hãc rationem cum si-
bi etiam persuasisset Zenophon/& Patritius meminit/& ciuilem Per
sarum societatem sub rege Cyro laudare mallet/asseruit pueros apud
Persas ita iustitiam discere oportere, ut apud alias gentes litteras/&
studia bonarũ artiũ discunt: peregit inquam Plato ut probus archite-
ctus/qui demoliri mauult imperite extructa / ineptecꝫ ac non compte
ædes erectas/eascꝫ solo adequare ꝗ instaurare / atꝙ emendare: cuius
iter Aristoteles amplexus/in plerisꝙ ciuilem disciplinam instituit / &
præcepta bene moratæ rei publicæ tradidit partim prisca ex superio-
ribus eruta/partim suo diuino illo ingenio/atꝙ constituto extra omnẽ
aleam/partim autem illustrium rerum publicarum usu comprobata:
hinc Cicero in ea re publica uitam duxit / quæ totius orbis terrarum
sua illustri uirtute meruit, satius esse duxit si in his uoluminibus quæ
de re publica edidit præcepta / atꝙ maiorum instituta referret, & ea
præcipue quibus imperium domi/militiæꝙ propagatũ extitisset, nec
mediusfidius iniuriæ nulla enim exempla in ea urbe orbis terrarum
regina/ac domina deerant, in qua quasi theatrum omnium præcla-
rissimarum actionum cernebatur, cuius leges non ut aliarum ur-
bium unis tantum mœnibus arcebantur: uerum diffuse per uniuer-
sum orbem ciuilem disciplinam / illustrissimasꝙ leges / moresꝙ opti-
mos omnibus mortalibus perscribebant: quarum quidem nostro
æuo fragmenta illa quę supersunt ciuilem normam adeo se continent

ut nihil eis deesse uideatur / q ad perfectam iuris disciplinã spectare queat:quibus siquid etiam nunc additur superuacaneum esse uideat; siquid aũt demeretur manca prorsus & inchoata ciuilis sapiẽtia relin quatur; nã ut meminit idem Cicero/si pro imperio(inquit)capiatur, sine ea nec domus ulla/nec res publica/nec gens/nec hominũ uniuersum genus stare/nec re℞ natura omnis/nec ipse mundus potest; nã & hæc deo paret/& huic obtemperant maria/terraeq;, & hominum uita iussis supremæ legis obtẽperat/obeditq;: est itidem lex ut Chrysippus diffinit/humana℞/diuinarũq; re℞ notitia:item recti iussio/prauiq; depulsio/dei munus/mortalium sapientum dogma:& Vlpianus/natura lem inquit ius qd nõ solum humani generis proprium est sed omniũ quæ in terra/quę in mari/cœloq; nascuntur:unde in nõnullis anima libus conspicimus maris & fęminæ coniunctionem / libero℞ procreationem/educationẽq; quodam iure naturæ,qd teste Marco Tullio in natura repositum est,& ab ea hoc est a deo initiũ habet: ius gentium quo solum homines utuntur ciuile/ut Romano℞ / Spartano℞/ Atheniensium collegibus/interprętatione duodecim tabula℞ plebiscitis/se natusconsultis decretis principũ / & auctoritate prudentum constat, principis uerę legis non scriptæ/sed in natura positæ/ex qua mortales leges deinde condidere:hinc Cicero/hanc igitur(inquit) uideo sapientissimorum fuisse sentẽtiam legem neq; hominũ ingeniis excogitatã/ nec scitum esse aliquod populo℞/sed æternum quoddã q uniuersum mundum regeret imperãdi/prohibendiq; sapientia; ita principem legem illam & ultimam mentẽ esse dicebant:omnia ratione aut cogẽtis/aut uetantis dei,ex quo illa lex quã dii humano generi condonarunt recte est laudata: est enim ratio/mensq; sapientis ad iubendũ/ & ad detrahendũ idonea porta inq̃ est simul cum mẽte diuina,quãobrẽ lex uera/atq; princeps apta ad iubendũ/ & ad uetãdum ratio est recta summi dei: est ergo lex iusto℞/iniustorũq; distinctio ad illã antiquissimam & re℞ omniũ principem expręssa laturam/ad quã leges hominum diriguntur,quæ supplitio improbos afficiunt/ & defendunt / & tuentur bonos optimo subministrante magistratu/eo pater legum ut inquit uates/custos/ptector & amplũ, Aptus eras iustas misero℞ sumere causas,Cõsiliũ afflictis tribuẽs fractisq; iuuamẽ:Lesa tuã quere

bat opem uiduata marito: ut de diuo Iuone memorat uates ille/ Nec lachrymans abiit/nec desolata recessit: Lex tibi prima fuit/legē seruare secunda, Discordes monitis mulcere salubribus, Ausus inter mille/ quia solus defendere causas: O iam cęlestis terrena incępta profundo, Vita uiri cęleste micans/o uiuida uirtus, Quam neq̧ tūc ferrū/ferroq̧ nocentius aurum. Flectere ne uanis opibus ualuere potentes, Iustitiæ inuictus tutor/dānator iniqui: Testis & infessus uiolati paupis actor/ Aspirare tuo tādem pater inclite uati, Vnde tuas ualeat cupienti promere laudes, Nanq̧ tuo de te sint benedicta fauori, Ascribam meritisq̧ tuis præstantibus Iuo. Siquidem hæ sunt optimi legum ministri perennes/illustresq̧ laudes/atq̧ perpetui tryumphi / tropheaq̧ imortalia: priscum adagium extat apud doctos concelebratū, leges bonæ ex malis moribus educuntur: etenim nisi uita ac minanti erupuissent. nisi mores mali uelut herba inrigua(ut inqt Comicus) uberrime subcreuisset profecto leges superuacaneæ essent/quæ ad cohercendas cupiditates/uitiaq̧ ex mortalibus tollenda: latæ sunt ut meminit Philippus/ & quemadmodum morbos ante extitisse necessum est q̄ eoꝝ medelæ/atq̧ medicamenta/ita prius nequitia exorta est, & scęlus innatū q̄ leges conditæ quæ obuiam irent nequitiæ / scęleri flagitiosoꝝ, & medelæ plures ad inumerabiles ꝓpe corpoꝝ morbos excogitare: sunt ita leges innumeræ ad infinitas animoꝝ improbitates amputandas/ sordesq̧ emaculandas conditę fuere: hinc lex Pompeia quę parricidas una cū cane gallo gallinaceo/uipera/& simia uiuos in sui culeo, deinde in mare/aut amnem ue deici iubet: ut quos natura ipsa retinere in officio nequisset, ii magnitudine pene a maleficio submouerentur. Hinc lex Cornelia qua uenefici/siccariiq̧ atrocibus pęnis animaduertuntur. Hinc leges dracones emanarunt asperæ quidem & truculētæ/ & salubres/& uitiis tollendis accōmodatæ, quibus pęna capitis in omneis sontes erat constituta/etiam si uel tantillū deliquissent: unde Demeades orator edicere solebat draconis leges non attramento sed sanguine esse cōscriptas: ex malis moribus apud Romanos/tot senatuscōsulta/tot plebiscita/tot edicta p̄toria/tot impatorię/ tot politicę / tot sacratę leges ꝓuenere ex hac ipsa crescentiū/indies uitioꝝ labe, ut reliqua p̄tereā leges nō paucæ ꝓmulgatæ fuere de pecuniis repetūdis ad

moderãdasq; cupiditates pretoꝝ/pcõsulũ/& reliquoꝝ magistratuũ,q cũ potestate/atq; imperio ad prouincias gubernandas mittebant:qui itidem consueuerunt prouinciales expoliare pecunias ob iudicandũ uel non iudicandũ extorquere,qui auaritiæ mancipati auroq; inhiantes cuncta predabantur nundinato iure/ nundinatisq; sententiis: igit ut obuiam iretur huiuscemodi rapinis/& extorsionibus leges repetundarum constitutæ fuere quæ a priscis scriptoribus sociales appellant: quoniam socioꝝ prouincialium causis patrocinantur/atq; amicoꝝ populi Romani causæ patratæ fuere:Lucius ille Piso frugi cognominatus legem de pecuniis repetũdis primus tulit, post Pisonem Accilius Gabrio inter Romanos inclitus legem tulit alteram de repetundis/& eam quidem seuerissimam quam anciliam uocitauerunt: mox lex iulia repetundaꝝ est promulgata/cuius iurisconsulti meminerunt: præterea prisci illi Romani quoꝝ rebus domi forisq; gestis ueluti quedã sideribus latine micant historiæ accusatores esse in repub. multos non inutile esse censebãt, ut hoc uidelicet metu iprobitatis maloꝝ coherceretur: mox inq̃ extitit ne utiq; improbandus/quo iuuenes gloriæ laudisq; auidi incusabant magnos quidem uiros se flagitiis obrutos, ita aliquæ insigni iudicio incipiebãt a suis ciuibus agnosci & eloquentiã in foro auspicabãtur:Sic olim Pub. Sulpitius Norbanum, C. Furius Marcum Aquilium/ C. Curio Quintum Metellum accusauere, unde uigesimo ætatis anno L. Crassus se Carbonem altero & uigesimo Asinius Pollio Catonem, nec multo ætate antecedens Caluus Vatinium præclaris oratoribus insectati fuere:sic P. Clodius adolescẽs Sergium Catelinam:sic Iulius Cæsar dictator uno & uigesimo ætatis anno Cornelium Dolobellam uirum consularem/tryumphaleq; repetũdarum postulauere: sic & M. T. Cicero ædilis designatus iamq; questorius C. Verrem Ciliciæ pdatorem/ac expilatorẽ suscepto Cicilicioꝝ patrocinio in iuditiũ euocat / uocatũq; de repetundis accusat non minus diligenter q̃ eloquenter ut in uerrinis preclare ostẽdit:& si Cicero nõ minus ad incusandũ q̃ ad defendẽdũ extiterit exornatus, cũ qdẽ cũ eloquẽtia sicuti medicina magis saluti hominũ q̃ exitio reperta sit: maluit Cicero suo patrocinio probos tueri q̃ ore accusatorio improbos insectari:etenim cũ accusatoris nõ sordidũ sit & detestabile defensoris

uero pulchrum/atq; plausibile & laborandum curiose est ut defensores/patroniq; dici mereamur, ne odioso accusatoris nomine dedecoremur : quod olim nomen contigit Marco Bruto illius Bruti filio/ qui iuris ciuilis fuit peritissimus; accusandum quidem interdum sed reipublicæ causa.ut duo illi Luculli fecisse memorantur : & Cicero in Verrem quem ærarii depeculatorem / Asiæ uexatorem / atq; Pamphyliæ prędonem/uiris urbanis labem/atq; perniciem prouinciæ Ciliciæ extitisse disseruit: Et si Plato iustitiæ tria genera asseruerit/aliud circa deos/aliud circa homines/aliud uero circa defunctos: sed Cicero ait/iustitia in deos/religio dicitur in homines pietas:Simon Oniæ filius ob pietatem in deum iusti cognomentum accepit; Hinc Pisistratus Athenarum imperio potitus & Solonem obseruauit. ut leges ab illo conditas/ quin etiam ad iudicium accersitus temperate/patiēterq; cōparuit, sed accusator ab accusatiōe destitit: Zeleucus Anthiochēsiū princeps damnato adulterii filio ob leges quas ipse constituerat ambos oculos eruere malebat, a populo est stimulatus ut filio parceretur & legi & populo aliquid præbuisse uideretur/unum oculum filio, alterum sibi eruit. Coronides Tyrius legem tulerat capitis mulcta ne quispiam armatus in concionem prodiret, redibat rure oblitus telo armatus in concionem descendit/ammonitus contra legem peregisse gladio incubuit. Ethiopum Macrobiorum rex legatis a Cambise missis afferentibus amiculum purpureum / aureum torquem / armillas/ unguentiq; alabastrum/cadumq; phenicei uini/gnarus q; speculandi gratia aduentassent: non iustus ille uir est(inquit) si enim iustus ille uir est(inquit)non alienam regionem affectaret/ sed esset sua contentus, misitq; Cambisi arcum reliqua munera præter uinum contempsit, qđ admiratus est/panem ita damnauit: nam percunctatus quali re uesceretur rex/ut dixerit se nihil mirari si stercore uescentes paucis uiuerent annis, nec tot quidem annos uicturos nisi hoc potui accæptum referre Sic a Persarum regibus Theobrotion herbā cōmedi/aut bibi contra omniū corporum incōmoda/stabilitateq; mentis & iustitiæ reuocari: Aegyptii uero quotiens iustitiam seruatam/totiusq; corporis custodiam notare malebant / oculum annotabant . Hinc Cicero cum autem duobus modis aut ui / aut fraude fiat iniuria

fraus quasi uulpeculæ uis leonis uidetur. utrūq; ab homine alienissimum est, sed fraus odio digna maiore: totius autem iustitiæ nulla capitalior est q̄ eoꝝ qui cum maxime fallunt id agunt ut uiri boni uideantur: meminerimus (inquit) etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam, est autem infima conditio / ac fortuna seruorum quibus non male præcipiunt: qui ita iubent uti mercenariis ad opera præbenda/& iuste exhibēda. Hinc Tragicus/ Neglecta terras fugit/& mores feros hominū cruēta cede polluta manus, astrea uirgo siderū magnū decus iustum esse facile est cui uacat pectus metu. Hinc Claudianus/ iustitia utilibus rectum præponere suadet / cōmunesq; sequi leges/iniustaq; nūq̄ largiri sociis, ne in illud incidamus Satiricum / Paulatim inquit ad superos Astrea recessit, Ac comite atq; duæ pariterq; fugere sorores. Hinc Comicus/iudices inquit/sæpe ꝓpter inuidiam adimunt diuiti, aut propter misericordiam addunt pauperi: non recte accipitri inquit/tēditur rete/neq; miluo qui bonis malefaciunt nobis, illis qui nihil faciūt tēdit, quia .n. in illis fructus est, in illis opera ludit, aliis aliūde periculum est/unde aliquid abradi potest. Hinc Græcus uates homicidę ruinosum iuxta murum dormienti nocte astitisse aiunt Serapim in somnis euaticinatum fuisse / iacens tu surge & iace mutatus o miser, hic autem excitatus mutauit locum, marcidus autem ille murus derepente statim iacuit humi, prēmia redemptionis mane sacrificauit diis gaudēs malignus delectari putans deum homicidis: sed Serapis uaticinatus est per noctem astans curam habere ne putas miser iniustorum nisi nunc te permisi mori mortem quidem siue tristia nūc effugisti ut te scias te asseruari. Hinc Plato/ut Plutarchus memorat/rogatus a Cyrenensibus ut sibi leges scriberet/ scriptasq; relinqueret/ac reipub. statum componeret/recusauit, dicens esse perdifficile leges condere Cyrenensibus qui tam essent fœlices: nil enim tam superbum/nihil tam intractabile/ac morosum esse q̄ hominem quem fœlicitatis opinio corripuerit: quapropter difficile est iis qui gerunt imperium de imperio cōsulere, reformidant enim rationem ceu principem admittere, ne potentiæ bonum quod habere uidetur impediat, si id astringat/& seruire cogat honesto: idq; faciunt ꝙ ignorent sententiam Theopompi Spartanoꝝ ducis, qui cum primus in Sparta regiæ potestati adiun-

testati adiunxisset magistratus Ephoros, deinde uxor dixisset probro illi futurum si filiis traderet minus imperium q̃ accępisset ipse, imo maius inquit relinquo/nimirum hoc maius quo firmius: nam cũ acer bitatem/ac seuitiã imperii remisisset una cum inuidia uitauit & periculum: quanq̃ Theopõpus ex imperio uelut e magno flumine deductus riuis quantũ aliis dedit tantum sibi detrhaxit: at ratio quam adfert sapientiæ studiũ si principi assideat ei ceu domesticus custos / adiuncta bonæ ualitudinis sublato eo qd est periculo obnoxium / qd sanum est relinqt: sed pleriq; reges/ac principes parũ cordati statuarios imperitos imitantur, qui credunt Colossos magnos/& amplos uideri, si tibiis uehemẽter deductis/si late distẽctos/& hiantes finxerunt: nã ii quoq; grauitate uocis / toruitate uultus/ac morũ truculentiã/fugaq; consuetudinis humanæ maiestatem/& auctoritatem imperii sibi uidẽtur imitari / nihil prorsum a Colossoꝝ signis discrepantes, qui cũ feris heroicam/ac diuinã quandã speciem prę se ferant, intus pleni sunt terra/lapide/plumbo, nisi ꝙ illud Colossoꝝ pondus rectitudinem illorũ stabilem/& imotam seruat: at ineruditi duces/ac principes propterea ꝙ intus male librati sint sępenumero uacillant/ac subuertunt: etenim cum basi non recte positæ sublimem superstruunt potestatem simul cum ipso pondere nutant/& ad ruinam inclinantur: uerum quẽadmodum oportet ut ipsa regula primum recta sit nihil habens obliquum deinde cætera sibi admota/quatenus sibi congruũt, exequetur cõsimili modo princeps posteaq̃ imperium in se ipso parauerit / ac direxerit/ uitamq; suam cõposuerit/ tũ debet sibi applicare eos quibus imperat: nec enim cadentis est alium erigere, nec ignorantis docere, nec incompositi componere, nec ordinare inordinati, nec imperare ei qui nõ pareat imperio: at parum sapiunt, illud præcipuum imperii bonum esse ducunt quod nullius imperio subiaceant: at Persaꝝ quidem, rex omnes pro seruis habebat prçter uxorem suã/ cuius maxime conueniebat esse dominũ: quis igitur imperabit principi? nempe rex oĩum regina & mortalium, ut ait Pyndarus/nõ ista quidem/lex foris in libris/aut ligneis scripta tabulis, sed uiua illi insita ratio semper conueniens/ac familiaris principi. nec animũ suo ductu/sua moderatione destitués, nam Persaꝝ rex unum habebat cubicularium/cui hoc negotii manda

tum erat ut diluculo ingressus illi diceret/surge rex atq; ea cura nego-tia quæ te curare uoluit Messoromasdes: at eruditio prudentiq; princi pi intus in aio adest, qui semp idē dictet/ac iubeat: Polemon dicebat amorem esse deoꝝ obsequium ad prospiciendum adoloscentulis, sed uerius quis dixerit principes ministros esse dei ad curam & salutē hominum, uti bona quæ deus illis largitur partim distribuant/ partim seruent, uides in sublimi cęlum hoc imensum qd terram undiq; liquidis ulnis amplectitur, illud quidem demittit seminum quibus opus est principia/terra uero producit: crescunt autē partim imbribus/partim uentis/partim stellis ac luna confouentibus, porro sol ornat omnia omnibus uim amoris ex se se admiscens, sed tot tantisq; muneribus/ac bonis quæ dii largiuntur nō licet nec frui/ nec uti recte si desit lex/iustitia/& princeps: hinc Naso/Nondum iustitiam facinus mortale fugarat, Vltima de supis/illa reliquit humū: Atq; ego peccati uellē mihi conscius esse, Aequo animo pœnā qui meruere ferunt. neq; inq̄ hanc/aut leges/aut id qd ad exercendas leges magistratus gerunt intelligimus sed uis ipsa æqui / & honesti/ qua boni cauere solent ꝙ alteri non faciant qd sibi fieri nollent, cui semper pudor comes est/qui continere ab omni re hominem solet, quæ etiam si lege permittatur/ aut in ea species utilitatis sit, honestati tamen prorsus coniuncta non uidetur. Sic cum Tullus Hostilius Mancipius ædilis curulis Moniliam meretricem ad populū accusasset/ꝙ nocte prætereunti eius ædes saxum in ipsius caput demisisset/uulnusq; ad faciendum acceptæ iniuriæ fidem ostendisset, Manilia autem tribunos appellasset dicens Mancinum post cęnæ tempus fortasse plus ęquo potum ad eius ædes accessisse ut ingrederetur, & quia nō admittebatur fores euertere molientem saxis a foribus esse repulsum: tribuni maiori iustitiæ q̄ dignitatis/ac magistratus Mancine/aut etiam q̄ Maniliæ turpis uitæ habita ratione iudicarunt ædilem iure ab eo loco depulsum fuisse, quę adire ipsi honeste non licebat, & propterea perhibuerūt Mancinum/Maniliam ad populum in iudicium trahere; sic etiam Augustus iam rerū potitus/cum accepisset a Cassio Seuero ueneficii reum factū esse Nouium Asprenatem amicissimū suum, ueritus si pro Nouio in iudicio comparuisset, ne ipsius præsentia iustitiæ officeret/si comparere absti

nuisset ne piudiciũ amico pararet/tãq̃ de eo male sentiret senatũ cõsu luit quid nã sequi cum oporteret: multorũ igitur suasu ad id profectus est, neq̃ pro Asprenate/neq̃ incassum aliquid locutus eam rationẽ te/ nuit ut neq̃ amicitiæ deesset/neq̃ iustitiam uiolasse putaretur: ita igi/ tur exemplum reliquit summæ moderationis plenum, ut scilicet ami corum quidem periculo subueniatur, sed ita tamen ne aliorum iusti/ tia opprimatur: & si in alterutro peccandum sit/debere homines præ/ sertim qui publicam personam sustineant amicitiam iustitiæ antefer/ re: nempe cũ respub. ipsa labore & iustitia constat, quæ ut iuquit Ci/ cero/est habitus animi cõmuni utilitate conseruatus suã unicuiq̃ tri/ buens dignitatem: initium iustitiæ a natura profectum, deinde quæ/ dam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt, postea res & a natura profectas/ & a consuetudine probatas legum metus/ & religio sanxit: hinc Menander/uiri iusti fructus non perit: nam uir iustus/nõ qui non iniuria afficit/sed qui iniuria afficere potens nec mauult: nã uitæ iustæ optimus finis fit/ cum iusta peragens auxiliatorem conse/ quetur deum: siquidẽ mox iustus/illustris possessio. & Euripides/iu/ stitia enim non est in oculis mortalium. Hesiodus uero/oculus insti/ tiæ(inquit)inspicit omnia quæ fiunt, ipsa autem iustitia poetico mo/ re differens/Est uirgo ex Ioue nata/casta/ueneranda q̃ diis, qui Olym pum inhabitant/& incolunt, quãdo quis ipsam læserit oblique dam/ nans/statim apud Iouem patrem sedens/Saturnium dicit hominum iniustam mentem donec saluat populus iniustitias regum / qui mala sentientes alio inclinãt iustitias oblique loquentes: quid inq̃ mirum/ si ad hanc diuinæ iustitiæ beatam spem ad ipsiusq̃ documentis imita mur. Hinc effinxere poetæ Orpheum ad inferos descendisse/ut extin/ cta a serpente dum per prata uagaretur coniugem Eurydicem ad uitã reuocaret, lyraq̃/ac cantu Ditem/omnesq̃ tartarei incolas permulsis/ se/legisq̃ cõditiones dum perfixa sibi/& iustitiæ ex legis mandato præ cepta præterit. quid aliud inducere maluit/poeticum figmentum tum dulci narrationis inuolucri / q̃ q̃ diuina illa iustitia mortales edocet, quid aliud Eurydicem per aprica prata uagantem morsu serpentis in terficit / sub tartara demergi q̃ mortalium animos illecebris obrutos adiecta illa diuina iustitia uoluptatibus irretitos / astu illius antiqui

ſerpentis humani generis hoſtis interemptã/ſub inferna/opacaq; loca detruſam:quid deinde Orpheũ cũ ex ea inferis captis dulci lyræ eius ſono/armoniaq; ad ſuperos credentem q̃ ſapientem uirum reſtituta/animoq; illuſtrato ex iis mundi tenebris compoſita/atq; expolita iam ad inſtar argutæ lyræ animi ratione ad ſuperna cœli regna remearẽt: quid inq̃ cum retroflexis oculis qđ magno tropheo uicerat/ uir ſapiẽs amiſit/perdiditq;,aliud oſtenditur q̃ neglectũ diuinæ iuſtitiæ/beatęq; ſpei munus dereliquit,qui enim tenebroſo huius ſeculi tot erroribus/erumnis/ac ſcęleribus pleno carcere ad ſupernam illam perenneq; lucẽ quæ uera eſt ſola expetenda beatitudo euadere contendit/ſolidam inq̃ neceſſe eſt ſpem gerat ſemper fixam/imotam/nullaq; refractam huiuſce rex cupiditate/ſed deum ipſum qui mortalium cogitationũ aſſidue antecedit prę oculis gerat tanq̃ illuſtrem itineris ducem/a quo nunq̃ oculorũ aciem diuertat/nusq̃ reflectatur, nunq̃ ullis quæ tanq̃ improbo quondam peſtifero ſatellitio mortalium terga ſequũtur/ & purgent illecebris/uoluptatibuſq; nec moueať:hinc illud Biantis præceptum mortales erudiat,nam percunctatus quid eſſet dulce hominibus ſpes inquit. Et Chilo Lacedęmonius percunctatus quid differrẽt periti ab imperitis/bona inquit ſpe:hinc Maro/Veniſti tandem tuaq; ſpectata parẽti,Vicit iter durum pietas Aeneam quoq; longe/ſanxioribus uerbis ita cohortantem ſocios edocuit: O ſocii neq; enim ignari ſumus ante malorũ: O paſſi grauiora dabit deus his quoq; finem:Vos & Scylleã rabiẽ penituſq; ſonantes,Alceſtis ſcopulos uos & Cyclopea ſaxa Experti reuocate animos/ męſtumq; timorem Mittite/forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit,Per uarios caſus/per tot diſcrimina rex/Tẽdimus in latium/ſedes ubi fata quietas Oſtendunt:illic fas regna reſurgere Troiæ,Durate/& uos met rebus ſeruate ſecundis.Quid inq̃ diuinius? quid ſanctius chriſtianæ religioni accomodatius quiuit? e quibus edocemur cœleſtem illam perennẽq; gloriam/ diuinæ iuſtitiæ ſpem/illuſtreq; munus conſequi, ſi mortales ipſi illa fulgenti iuſtitia illuſtrati extiterunt/cœleſtem illam diuinãq; patriam/ac gloriam/perennieſq; ſedes/mortales ipſos aſſequi illuſtri poetico figmento edocet.

e T SI PRAECLARA/AC PERILLV/ſtris Academicorum ſententia extiterit magni negotii eſſe perfectam uiuendi ratioñe inuenire, perinde atq̃ hominem perfectũ:adeo omnibus ſtudiis inopia quę/dam miſcetur/quæ ea non ſinit pulchritudinem illam contingere extremam : nos uero perfectiſſimum illum dicimus eſſe cui deſunt pauciora : quamobrem uidere ruſticos eſt ob opinionem/ iucundæ / ac floridę uitæ fœlicitatem ciuibus inuidere/uiciſſim uero qui conciones/ac iudicia frequentant,& in his auctoritatem obtinent ſummam/propriam conditionem deplorantes, & raſtros/& agellum habere in uotis,audias etiam eos qui militiam ſectantur otioſos homines in cœlum efferre,contra otioſos ipſos admirari militiam, q̃ ſi contingat aliquem deorum his uiris (ut in fabulis mos/& ſcęnicis hiſtrionibus fieri)hahitum conditionis præſentis auferre, & alterum concedere cupitum : uideas rurſus eoſdem illos priora requirentes odiſſe præſentia, adeo hominis ingenium rem nullam perpetuo probat/ ac ſemper eſt querulum / moroſum / præterea ac propriis rebus minime contentum: nam multitudinis cupiditates/ac faſtidia quid cõſiderare opus eſt,haud quidẽ magis q̃ brutorum ipſorum ipſis ſuccenſere philoſophis, uel eius potius miſereri oportet, qui propter prudentiam/ ceu induſtriam uitæ / ceu rationis peritiam elati/nullum adhuc contentionibus / ac diſputationibus inter ſe ipſos & aduerſus alios terminum ſtatuunt,dum eam rationem uiuendi exquirunt,cui ſe ipſos potiſſimum committant:enimuero perſimiles uidentur eorum gubernatorum/qui cum ſe pulchre ad nauigandum inſtruxerint decenti magnitudine nauis firmo apparatu inſtrumenti nautici copia nautarũ ad nutum obſequio, cautionibus artis moderato ſaburre libramento,ubi uſus nauigationis expoſcit/titubant/hęrentq̃ ancipites/in quã partem ſe uertant multis quidem portubus ante oculos conſtitutis, quibus omnibus haud tuto te credas:quamobrem inquiunt alios omnes cum ſuis uitæ profeſſionibus ualere ſinemus, ut ex delitiis deflue re terræ ſuſtinere labores/& raro in mari mercenariam militiã ſequi/ in concionibus ſtrepere,in iudiciis uolutari : nam ut in certaminibus inſpicere eſt qui imbecillum obtinet corpus/ & inconſultis uiribus te/

mere in certamen ob spem uictoriæ descendunt, eos paulopost sub la-
bore deficere, pares uero uirtute pstare/fortiter substinere certamẽ, ac
ad psequẽdã uictoriã ad extremũ usq; pugnare: quippe est occasio re-
rum oium gerendaꝝ mater, sed uirtus maior oi occasione/ multoq; po
tẽtior: magna & memorabilia hęc duo in re bellica sępius pepcrũt exẽ
pla/quę fortunę ascribit stultũ uulg9, oia uni referẽs accepta quę pter
opinionẽ eueniũt/sed insipientis/ & deliræ sit mẽtis fortunã appellare
nõ occasionẽ, ꝙ Abrahamus ęqtatis & iustitiæ magis q̃ bellicę rei stu-
diosus/ semiplena cohorte ingentes Assyrioꝝ copias ad Iordani caput
teterrima cede affecit, disiectasq; pda spoliauit: par oportunitas cẽtũ
uiginti milia pduelloꝝ circa eũdẽ fluuiũ paucis horis deleuit: Gedeõ
audacis actor cõsilii/q occasione magis q̃ uiribus fretus/duabus legiũ
culis triũ ualidissimaꝝ gentiũ exercitus occidione occidit/hostilia ca-
stra nocturno tpe igressus. Enimuero audax magis/an temerarius fue
rit Ionathas Sauli filius, haud facile dixerint facinus haud dubie oi
æuo memorabile tẽtare ausus est, q uno dũtaxat comite adiutus Dio-
medis exẽplũ rettulit/hostiũ castra noctu ingressus passim cũ cede p-
uagatus tantũ pauoris iniecit Philisteis quoꝝ erãt castra/ ut cũ oia ab
hoste teneri crederent facta sit fuga: occurrit eo Saulus cũ robore co-
piaꝝ ubi hostẽ sua spõte turbatũ sensit / Philisteosq; passim dissipatos
imaniter trucidat: difficile dictu/maiore ne uirtute an fortuna uni ho
minũ aut alteri iuictus alioqn cesserit exercitus, habuit & Dauid co-
hortẽ unicã ex collecticiis suæ gẽtis uiris q̃diu extorris fuit patria Sau
li regis sæuitiã declinãs, edidit q; cũ his pclara aliqua facinora, sed il-
lud pcipua memoria dignũ/ꝙ Amalechitas q absẽte se Scicilecũ, erat
is uicus quẽ inhabitandũ Dauid acceperat ab Acha Philisteoꝝ rege/
cũ Getheoꝝ agrũ incursarẽt, diripuerãt oibus fortunis cũ duab9 uxo
ribus spoliatus/inreqeto cursu assecutus impulso accessu incautos cũ
iã nihil minus q̃ hostis expectaret/adhortus fudit, fugauitq;: uniuer-
sasq; pda exutos a prima diei hora ad uesperã cecidit. Quippe nõ est il-
lustris uictoria nisi ubi fuerint laboriosa certamina, ut diu9 inqt Am-
brosius/ siquidẽ in arbitrio dei summi / nõ mortaliũ uictoria cõstituta
est: & plerũq; iprobi/& numero/& cõspiratiõe sunt potẽtiores/ q̃ boni,
ut ad eos superandos nõ tã uirtus sit q̃ fęlicitas necessaria: hinc Naso/qa

enim sua ꝑlia uictus Cõmemorare uelit/referāt tñ ordine, nec tā Turpe fuit uinci q̃ cõtēdisse decoꝝ: Magnaq; da nobis tam solatia uictor. Et Lucanus/ Vincit͛ haud gratis iugulo q ꝓuocat hostē. Et Comicus/ tu si aium uicisti/potius q̃ aius te/est ꝙ gaudeas. Hinc Valerius/ea demū uictoria & apud deū/& apud mortales nimiū iuidię habitura est: quę plm humanitatis habet. Hinc illud ꝓclarū Platonis/qm̃ inqt libera est aia/& dña passionum, uincere aūt se ipm oium uictoriaꝝ prima & optima, uinci aūt a se ipo & turpissimū est/& pessimū: quippe oim quæ audiunt͛ / rē suauissimā esse ueritatē: ut idē meminit & Palemon asserebat multo suauiꝰesse afferre ueritatē/& huiusce ꝑagere q̃ audire: Thianeus Apollonius asseruit mendaciū esse seruilis cõditionis/ueritatem(inqt)ingenui: & Pythagoras interrogatus qd ꝑagant mortales deo similes(inqt)uera afferre: hinc magi Persaꝝ principes affirmabāt maximū deoꝝ Orimagidē nūcupabāt hoīni esse similē, aīam uero ueritati: nā ut inqt Academicus/siqs inter mortales eā potestatē accęperit/ut queādmodū uel princeps/ul ciuitatis conditor alicuius/eos q in hāc uitā descēdūt/nō prius īgredi ꝑmittāt/q̃ sedulo singl'os quosq; ꝑcūctetur: cū nā opificio instructi/aut quo negotio freti/publicā rē iuuare se posse credāt: nā cū ciuitatis res sit cõposita penitus ex cõparentibus ciuibus cūctis quæ perinde ac corpus / cuius necessitas multiplex est, ac multiplex officium requirit, nisi ab uniuersis simul partibus obsequiū accipiat salutē suā tueri minus potest, ferunt pedes/ manus ministerium exercent, aspiciunt oculi, audiunt aures: cęterum in quibus immorari oratio haud decet/peculiare aliquod officium impendunt: nempe ædificium firmissimum robur ex lapidibus cohęrentibus inuicem/deuictisq; ordine constat / ac diutissime permanet, quidquid armonico huic complexui dethraxeris uni cohærentibus suis partibus salutem non putabis accipere: quarum si quæ se a negotio auertent, earum nulla habetur ratio: Thersytes ut inquit Homerus / ordinis proprii desertor memorem ullum Grais incussit: at Achilles exestuans ira dum in tabernaculum aditus / quietem atq; otium ageret, cytharæq;/ac cantilenis operam daret, Græcorum exercitum multis imbuit malis: ita enim natura est comparatum/ut ex quo pręsente beneficium capitur: o uicissim discedentes necessaria iactura cen

featur, quaobrē hic qui contēplationem/ueritatē/atq; otium amplectitur: quis nam alius est q̄ sapiens uir? ac ualidæ mentis? quid igitur non qui gubernandi peritissimus loco cesserit imperitis/aut imperio cesserit imperator illis qui artis imperatoriæ sunt ignari: quid uero hoc etiam dignitatis afferre possit / ubi qui ueritatis scientiam habeat thesaurum incertum/infecundum/infructuosum ue animo paret, ex quo neq; ipse beneficiū capiat, neq; cōferre in quenq̄ possit, nisi forte auditus est pulcher, propterea q; audire possimus/nō aūt ut per eū in telligentiam/ac uocis consonantiæ habeamus/uel uisus pulcher uidere possumus ad solaris lucis aspectū accedamus: diuitiæ ꝓpterea ideo bonæ ut eas habeas depositas humi otiosum/& inutilē thesaurū, nāq; inq̄ sit utilitas/cōmoditasq; ac scientiæ/si feriatus ab actione scias, aut quid utilis sit disciplina ipsa, quem fructū medico suppeditat ars/nisi secundum artis præcepta sanitatem inducat, quam utilitatem/cōmoditatēq; statuaria Phydiæ præstet/nisi eam optime norit & ad ebur/& ad aurum applicare: Sapiens enim erat Nestor/uerum patet sapientię fructus in quo consistit exercitus salus/urbium tranquillitas/ natorū obedientia/populi uirtus/ Vlyxis sapientis patent opera eadem terra/ mariq;, qui mores hominum multoꝶ/nouit & urbes, qui reditum in patriam sociis uitamq; redemit: incidit uelut ex composito relatio hęc ciuilium exemploꝶ in bellicæ rei mentionem: unde non uana est cognominum ratio profecta/nunc quando in tota re neq; maius est aliquid/neq; mirabilius q̄ q; is qui multos uicerit/se ipsum demum uincat, possitq; ignoscere qui potuit uincere/& incolumes uelit esse/quos iure possit perdere, procul a ciuilibus exemplis/nonnihil stilus immo rabitur, ac qui hominum pulcherrime usi sunt uictoria proximo censendi sunt: dabunt itaq; nostrarum gentium exempla, hinc capiti exordium/ut in qualibet parte operis institutę relationis ratio no bis cōstet, magnum in his & memorabile est Hysraelitaꝶ illud q; Beniamine tribus uiri paucoꝶ culpa ab omni Iudeorum gente alienati/ atq; ex confesso hostes facti post uarios belli casus / cum uno demum prælio ad Gabaam cōmisso omnis propemodū gens interiisset, ut ex quinq; & uiginti milibus bellatorum qui nuper in acie steterant sexcenti ex suorum strage ægre reuulsi in deserta loca refugissent/ tātum

absuit ut uictrices tribus unius reliquias ad interitũ persecutę sunt/ ut omnium Histaelitarum decreto Beniamin exules, qui pauci numero supererant ad reparandam sobolem q̃ religio & iusiurandum totius gentis legitimis obstabat nuptiis: impune sibi ex solemni Iudeoꝝ mercatu raperent uirgines raptasq; pro uxoribus haberent: Alaricus Gothoꝝ rex/est enim hinc christiani nominis cęsendus/& si Arrianus Roma capta/& hostiliter direpta in eo temperauit/ q; edictum proposuit ut capitale esset siquis apostolorum principum templa / aut quæ in his sunt uiolaret, ut in uniuersum a cęde abstineretur/ est milibus edictum: nec Athaulphus qui Alarico in regnum successit/a propinqui sui clementia degenerauit: is Roma post Alarici interitum hostiliter repetita in animo habuit eam receptam funditus euertere, diuersoq; urbem loco statuere Gothiamq; pro Roma nominare Cæsarũ memoria abolitam Athaulphi appellationem in posteros transmittere: cæterũ placidę coniugis suæ suasione est mutatus/ut breui non hostis sed amicus urbis, non euersor sed instaurator sit dictus: est & Totila eiusdem gentis maiorum exempla imitatus / qui Cumis & cæteris Campaniæ urbibus captis/cum ingentem Romanoꝝ mulierum numerum in illis intercepisset/quas Romani ciues ob nouos belli terrores urbi iminentes procul domo ablegarãt, ut eaꝝ pudicitia in omnẽ belli euentum tuta esset: eratq; in his omnis Romana nobilitas/captiuas honeste & sancte barbarus penes se habuit, honestoq; comitatu ad suos Romam sine prætio dimisit. Romulus Ceninensis Crustuminos/& Antemnates qui ex Sabinis hostiliter Romanũ agrum inuaserant, bello uictos tantum abfuit/ut crudeliter in eos aliquid statuerit/ ut in urbem traductos ciues ex hostibus fecerit: id Romuli exemplũ cæteri reges secuti præter Hostilium qui Albam diruit / pro non paruo negotio habuere, quos bello uicissent Romam incolumes traducere, traductos eius ciuitatis participes facere, in quã infesto & plusq̃ hostili nuper animo fuissent: Caius Cæsar dictator suis ad amicos epistolis testatus est / ex ciuili uictoria nullum se maiorem fructũ percępisse/q̃ q; a se q̃plurimi seruati essent, quos qa hostes fuissent/ & bello uicti iure perdere potuisset. Præstitit & Augustus Cæsar ex inimicis quosdã incolumes / sed in eo maior apparuit q; Alexãdriã in Aegypto

quam belli iure diripere potuisset, direptam incendere / & euertere / intactam reliquit testatus urbis incolumitatem, cum regi qui eam cō cidit se dare: tum qd maius omnino fuit magisq; memorabile Arrio Alexandrino philosopho ea tempestate insigni sunt / & Alexandri Macedonis exempla clementiæ sunt / & moderationis non pauca, atq; eo plura fortasse q̄ cæterorū / quo plures uicit gentes q̄ quisq̄ alius: sed cū multa & magna sunt / illud (ut mea fert opinio) pręcipua est memoria dignum / q; Porum regem ingenti prælio uictum / & in potestatem redactum non tantum regnare permisit / sed restitutum maiore & iam ampliore regno donauit: multi præterea regnum partim bello uicti / partim dediti / pari clementia ita sunt ab eo seruati / ut non solū in pristina sint fortuna retēti, sed in multo etiam ampliore collocati: ut difficile sit iudicare maiusue sit belli decus / an libertatis / & clementiæ nomen. uincendo adeptus pulchrum est regis uincere, sed multo pulchrius propriis affectibus moderari: Agesylaus ille Lacedęmonius ea fuit in eos quos uicisset humanitate / ut sæpe milites pro concione monuerit, ne captiuos cruciatu aliquo afficerēt, quin illa potius reputatio subiret animum / eos qui uicti essent, & ad eam fortunam redacti / homines esse: cæterum siquis ex his cum castra mouerentur / ob seniū / aut corporis egritudinem a militibus relicti essent / parati erant ducis imperio, qui eos exciperent / exceptos humane & benigne curarent, ne omni ope destituti ferarum incursu / inedia ue conficerētur: hinc illud illustre / ac præclarum Constantini Cæsaris Flauii / cum a lepra mundari exoptaret, ex pontificum capitolini Iouis concilio tria milia puerorum adducti fuere ad Iouis templum ut his interemptis eorum sanguine ablueretur / ut proinde incolumis euaderet, q; cum puerorq; matres ululantes / gemētesq; percunctatus quid nam luctus harum expostularet qui edixere matres eorum puerorum esse quorum sanguine ex pontificum instituto ipse incolumis efficeretur: tunc Cęsar facinus abhorruit, & se tantorq; criminum apud deū existimans horum puerorum fuerit noxius / pro rostris ita perorasse perhibetur commilitones / & omnes qui adstatis sic semper nostra cuncta hostes certamina in præliis stetisse nuncupantur, ut reus esset & legibus / & capite plecteretur qui similes infantes trucidaret: siquidem belli lege sancitum

ut facies q̄ pubertas non nouerat gladium bellatorum euaderet:nunc igitur inquit q̄ in hostium filiis custoditum est,in liberis nostrorum ciuium exercebimus/ne simus legibus rei qui pugnādo sub legum di sciplina meruimus totius orbis terrarū fieri uictores: quid inq̄ iuuat barbaros superasse si a sæuitia uincamur:nam mortales superasse bel latorum uirtus est/ac militum superare crimina/ne ingentia uitia uir/ tus est animi præclari/ac morum:in illis autem præliis fortiores extiti mus illis,hic nobis ipsis fortiores simus,uincimus enim nos ipsos dū a malis/ac improbitate nos excludimus, & q̄ inconsulte exoptamus/ consulte & præclare execramur:hoc aūt peragimus cū dei summi nu/ tui nostri affectus anteponimus/& diuinis præceptis non obuiantes/ nostra desideria impugnamus:in eo ergo certamine uictos nos esse/ac ratione gaudemus / ut cognoscamus contra propriam salutē maluisse pugnare: quippe qui conatur perpetrare qd improbum est/captiuare utiq̄ studet probitatem mortalium:cum ergo fuerit in tanto deuictus certamine uictoriam obtinet uictus/quoniam tropheum deperditio/ nem inuenerat/& improbam ipsius male peragentis seruitutem incur rerat,& post tryumphum si tamen tryumphus dici queat quādo im/ pietas a pietate deuincitur,& iniustitia a iustitia superatur: uincat in/ quit ergo nos pietas in isto congressu,bene ergo omniū hostium quę/ rimus esse uictores/si a sola pietate uincamur, diuinum etenim & ue/ rum dominū/ac mortalium ducem / perillustrē se cōprobat,qui uerū se seruum ostēderet pietatis.Hinc illud Platonis/ciues enim(inquit) qui præclare/laboriose q̄ aliquid aut animo/aut corpore gesserint legi busq̄ semper obtemperantes fuerint/laudibus post mortē efferri opor tere.Sic & Piscennius Niger Cęsar/nā cum panegiricū in ipsius laudē quispiam inscripsisset,scribe(inquit)Hannibalis/aut Marii/aut Sci/ pionum fortia gesta,cuiuscunq̄ ducis optimi uita functi, & quid illi peregerunt nos imitemur:nam dum uita ducunt ipsos extollere irri/ sio est principes præcipue a quibus speratur,qui timetur,qui publice præstare queūt, qui proscribere necare possunt,se uiuū uelle, placere mortuum laudari.Hinc illud Seuerini/adde inquit q̄ fœlicissimi cu/ iuscunq̄ delicatissimus sensus est,& nisi ad nutum cuncta suppetant/ omnis aduersitatis insolēs minimisq̄ quibuscunq̄ prosternitur, adeo

perexigua sunt/quæ fortunatissimis summā beatitudinis detrahūnt/ quam multos esse coniectos/quæ se cęlo proximos arbitrarentur, si de fortunæ tuæ reliquiis pars eis minima contingat: hic ipse inq̄ locus quem tu exilium uocas incolentibus patria est: adeo nihil est miserum nisi cum putes contraq; beata sors omnis est æquanimitate tollerantium: quis est ille tam fęlix/qui cum dederit impatientiæ manus statum mutare non exoptet, q̄ multis amaritudinibus fęlicitatis dulcedo respersa est, quę etiam si fluenti esse iucunda uideatur, tamen cū minus q̄ uelit habeat retineri non possit. liquet igitur q̄ sit mortalium rerum misera beatitudo / quæ nec caput ęquanimos perpetuo perdurat, nec anxios tota delectat: quid igitur o mortales exēplum petitis, intra uos positam fœlicitatē error uos inscitiaq; cōfundit. Hinc Claudianus/Tolluntur in altū/Vt lapsu maiore ruāt, Desinat elatis quisq̄ confidere rebus, Instabilesq; deos/ac lubrica numina discat. Et Iuuenalis/Nemo malus fœlix. Et Naso/ scilicet ultima semper Eexpectanda dies homini est/diciq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Et Cursius/unum est temeritatis solatium sola fœlicitas. Et A. Gellius/absurdum est inquit/ una sola uirtute uitam fieri beatam dicere, quoniam cū uirtus abest beata esse uita nunq̄ potest. Quippe ut Crispus meminit/res secūdæ animū sapientū fatigāt. Et Maro/ Nescia mēs hominū fati sortisq; futuræ: Et seruare modū rebus sublate secundis. Et Lucianus/q̄ facile cadunt splendida fortunę: deo quidē siue nullus fortunatus est mortalis. Hinc Comicus/ quāobrem inquit oēs cum secundæ fortunæ res sunt/ tū maxime meditari cęcū oportet: quo pacto aduersum erumnā ferāt: unde Menander iuxta propriam sententiam inquit/nullus fœlix est, cōmune autem bonum est bonus fœlix, non est qui in omnibus uir fœlix sit: multi quidem fœliciter agunt/non sapiant q̄uis fęliciter agentē/& sapere putamus: bene enim inq̄ agenti terra omnis patria/fœlicium omnium sunt affines. Hinc Naso/Pectora dum gaudent/nec sunt astricta dolore, Ipsa patent blāda tunc subit arte uenus, Luxuriant animi rebus plerisq; secundis/ Nec facile est æqua cōmoda mente pati. Et Flaccus/ Quæ res plus nimio delectauere secundæ Mutatæ quatiant, tu dum tua manus in alto est, Hoc age ne mutata retrorsum te ferat aura. Hinc Academicus

edicet quis

edicet quispiam (inquit) quos non uocat in carminibus suis Home/rus genitos deo similes diis/populorũq; pastores, aut aliis denomina/tionibus dignatur quibuscunq; poetam poetico figmento/uiri cuius/piam celebrare uirtutem, num eos fodiendo/arandoq; humum exer/cent harũ artium gnari, ferẽdis preterea plantis/colligendis messibus/atq; ordinandis uitibus industrii/uel potius duxit indignum horũ ho minum opera, uel etiam leuiter carminibus suis delibare/prẹter senis cuiusdam insulam qui ea tribuit peragere, posteaq̃ cõtumeliosis iuue/nibus euersus imperio esset / ac præterea lapidoso quodam / uitife/roq; in agro humi super folia iaceret quietem per ẹstatem cupiens quos uero beatos effingit, quosq; laudibus gaudet: insignire alii uiri sunt aliis studiis/negotiisq; impliciti/ut instans Achilles/ ut Aiax pu/gnans singulari certamine, ut sagittatorũ teucer/ strenuus Diomedes/ uel alius quispiã a strenuitate laudatus/plena sunt carmina Homeri/ clipeis magnis/conspicuis cristis/prẹ longis hastis/plena curribus or/natis/currentibus equis plena strenuis uiris edentibus cedem/plena sedibus ignauorũ/ipsum Agamemnonẽ uniuersi exercitus regẽ/ haud meliore laude impetit/q̃ ꝙ eum nominas regem/etiã edidit bellicosum quasi unicum hoc opus deceret imperantem, atqui ait Agamẽnonẽ utrũq; simul/& regem / & bellatorem optimũ esse: nam cũ Menelaus minime inferior Agamemnone esset/quantũ attinet ad regnum/mol lis tamen erat in bello, atq; ideo parum poeticẹ laudis rettulit ab Ho/mero: hinc igitur Agamemnon clarior erat cæteris Græcis, num prop terea ꝙ maneret in Argo optimi agri possessor/ut excolens ipsum fru/ctuosiorem reddidit ægyptiacis agris, Vlixem enim audis magnifice de Ithaca loquente, asperam qui eam appellat/sed optimam hominũ altricem conspexerat: siquidem uir sapiens quãtum intererat inter ui/rilitatis fructum / ac triticum / & ordeum/aut aliter uberem humum: mitto Homerum ne forte te suboffendam sermone/ in quo uterer testi monio poetæ/bellorũ nimium studiosi: quin potius post Homerum/ uel laconica/uel attica/uel persica/uel cretica/aut Romana urbe, adda mus placet sparta tanq̃ optimis legibus instructa, Licurgus ipse cur alium laudatorem exquirat/poetico tamen more differens post Apol/linem ipsum his nanq; in hunc modum de illo locutus perhibetur te

ne uirum magis an diuum Licurge uocarim, his itaq; Licurgus quē deus assimulat deo cū leges Lacedęmoniis conderet, atq; adeo Apollinem consuleret, q̄uis simulatum deum quales ciuilitatis mores alūnis suis traditurus esset/utrum pręstaret eos agricolationem suscipere/ac rem propriam seruare, humile quāuis negotium restrictum/operariumq; esset/iussus est pusilla hæc illotibus mandare seruile admodū genti/ac circūstantibus Lacedæmonem populis meros ueros Spartiatas liberam/intrepidam/erectiq; animi gentem ad libertatem ali, tollerandis uero uerberibus/ictibus ue assuefieri, uenationibus/montanisq; itineribus multiplicibus/aliis laboribus exercitari oportere, ubi satis his studiis obduruisset / clipeū atq; hastam ordine capescens/sub duce lege sciret pro patriæ libertate pugnare, ac Spartam tueri: itaq; Licurgi præcepta emulantes/parent deo, qui si potius occupari in re rustica maluissent: quis inq̄ Leonidas pro ciuibus suis in Thermopylis impræssionem Persaꝝ excępisset: quis Othryades in Thyrea uictoriam adeptus esset? sed nec Prasidas coluit agnū, nec Gilippus a messibus mouens Syracusanos conseruauit, neq; etiam Agesylaus uineta relinquens Tisaphernem uicit: regiam terram populatus Ionas/atq; Hellespontum in libertatem asseruit: non rastros Callicratides tractabat: non Ligones Lisander: non aratrum Delliridas: seruilia/atq; illotica eiusmodi proteguntur clipeis, neq; aliter q̄ teloꝝ auxilio propulsare periculum queunt, suntq; omnino mancipia uictoꝝ: ipsa uirtus in armis permansit, Atheniensium concidit agrum, Argiuos/ac Messenos subegit: quis inq̄ adeo imprudētis hębetiq; ingenii est/ut ignoret cui regum/imperatorū ue legibus inseruire magis expediat? duo inq̄ reges deus ille summus/& humani generis hostis demon sunt/ regnat hic in scęlestos/& facinorosos, ille dominatur probis/ac iustis, malus dęmon eos qui sibi inseruiunt q̄diu uiuūt in delitiis habet cum e uita excesserint / in baratro tartareo cruciat, parens ille deus qui sibi inseruiunt/ut uitæ huius ergastulo/q̄d cum perbreuissimum/ quasi dies una est in erumnis męstitia laboribus/angustiisq; uersari: gaudet inq̄ proinde uerę/excelsęq; beatitudinis bonis perenni/fœliciq; æuo: quis inquam usq; adeo rationis inops est qui non potius deligat deo omnium parenti inseruire/ut pro tam breui / caducoq; labore fœlicitatis

perennis munera suscipiat/q̃ cacodemoni ancillari, ut pro caducis delitiis nusq̃ finienda subeat supplitia: quid inq̃ ac uita breuius? quid æternitate prolixius? & tamen mortalium mentium cęcitas quã permulti reperiũtur/qui sibi præoptent breuem uoluptatem cum imortalibus cruciatibus/q̃ per breuem laborem cum trãquillitate perenni: malunt hic parumper exultari/& cõgaudere / & illic in cocito semper angustiari, q̃ hic per modicum laboris perpeti, illic in cœlesti sede/ac fulgẽti perpetuo lętari/cunctisq; bonis perfrui: effugiamus inq̃ aliorꝝ dementiam/inscitamq; insipientiam / & deo opt. max. uiribus omnibus inseruiamus, quod si peregerimus ipse quo nihil maius pulcherrima mortalium merces erat, quia in eo permanebimus/& deus in nobis quiescet: nec aberremus ut prisci illi gentiles peregere/non unum deum opt. max. sed plures confitentium/uenerantium/ atq; colentiũ, nec addubitemus/q̃d proprium philosophorꝝ est/ qui nihil certi affirmant/solus inq̃ rectum iter tenet qui ueritati / quæ christus ille summus est credit/in christum enim credendo ad cęlestem Hyerosolimã quo ille ascẽdit peruenit, ubi sum (inquit) ego/illic & minister meus erit: quomodo inq̃ minister eius est/quia uel addubitat / uel aberrat, uel animo inconcussaq; mente non credit, talis profecto priscæ gentilitatis minister est/non christi regis dei opt. max. mortalium omnium parentis/cum iam mendacissima certa Iouem quernis pro omnibus contectum/& fulminis ictu formidabilem conticeat, Iunonem pronubam diuitiis affluẽtem, Samos fertilitate memorabili detestetur, Carthago Romani imperii emula, Saturnum falcis acumine noxiũ, uel bifrontis iam latiale sileat imperium, Cybelem turritam Phrygius mons, Ida leonibus inuectam eliminet, Martem cristatæ cassidis terroribus insignem, cum furenti Bellona Thraces excutient, Venerem pharetratis cupidinibus/triumq; charitum cõplexu, Iurabilem myrtheis sertis redimitam, gemmas salitium columbarum ceruices præmentem Paphos derideat, Mercurium thalaribus pernitiosissimum caduceo obsequibilem galero sidera temperantem, Arcades perturbẽt Palladem ingeniosam asta Cyclopeas arces protegentem / oliuæ muneribus pastuosam Athenæ deiciant, Apollinem daphnea coma lauro præcinctum oraculis/ & frexuosis a magibus præscatentem mediũ

orbis sortiri, Delphi uel nubi rodos nescio propellant, Cyntia aureis sagittis conspicabilẽ uirginei pudoris dote promicantẽ menala detrudant Bacchũ uitibus inumbratũ, driadibus utrinqꝫ ululãtibus/ac cornibus mimallonios inflatus reboantibus striduũ ab eo deuictus oẽs excutiat, Cererem legum inuẽtricem mitissimis frugibus fauorabilẽ, triquetra Sicilia conspuat Herculẽ afflicti orbis lustratorem Therifontis nomen ineptum populea insignem corona/leonis spolio horridum claua minitabundũ Thebani irrideant, Proserpinã tartareo diadema te præminentem Cyncicos terrunt, peragat Vulcanũ fabrilibus operibus solacẽ, Lemnos insula Nili pendeat, Vestam æterni ignis cõseruatricem, Romana prisca illa religio superstitiosa extorrem faciat te solum ueri/diuiniqꝫ numinis numen/ac lumen uenerentur/adorẽt/colãtqꝫ, tibi inq̃ hymnoꝝ/gynnosophistaꝝ cessit chorus, brachamanaꝝ te miratꝰ/& adorat disciplina, cui sacrosanctã/diuinãqꝫ maiestatẽ uenerãtur Indoꝝ magistri, tu Græcoꝝ obruis philosophos, Hæbreoꝝ uates interpretaris, Romanos tu pessundas sapientes, te Siculoꝝ galeatæ fugiunt, Persaꝝ magi contremunt, Galloꝝ druidæ extimescũt, & Bardi formidãt, post uirtutis diuinarũqꝫ reꝝ enarrationem/utpote excellentis operis præmium aggrediemur: hæc aũt posteaq̃ Romanã rem a libero statu in tyrannidis speciem imperatores redegere, & plura per libidinẽ q̃ ratione geri cęperunt, sæpius atqꝫ in diuersos modos uariata/atqꝫ interrupta est, ut multis Romanis exẽplis ostẽdetur, quibus haud ab re erit etiam recentiorũ tempoꝝ quędam subiungere, mirum profecto minus uideri debet si ætate nostra in qua corruptis moribus uiuitur/plus ambitioni q̃ legibus dari pſæpe inuenimus, quandoquidem in Romana repub. quæ ab initio moderationis plenos homines habuit: legimus idem etiã factum fuisse: nam cũ Valerius consul equoꝝ gentẽ bello deuicisset, & M. Oratius eius collega Sabinos/negante eis tryumphum senatu/penes quem honoris illius dandi ius erat, quia nimiũ populares habebantꝰ/a populo eum petẽtes id quod antea nunq̃ peractũ erat, non solũ nõ permittente senatu/sed pene in eius contẽptum ambo tryũpharunt: ueterem igitur morem per senatum eiusmodi honores obtinendi, tũ senatus parua ęquitatis ratio/tũ ipsoꝝ consulũ ambitiosa mens euertit, contigitqꝫ ut sæpe in eiusmodi

rebus solet, ut huius contentionis utraq; pars infamiã ferret: senatus uidelicet antiqui honoris amissi, & consules q eius rei auctores fuissent, cui totis uiribus obsistere debebãt/quãto melius humanã cupiditatem Marius frenauit, qui cũ cõsul Theutones bello uicisset/ Romã uocatus tryũphum distulit, conspicatus patriam aduẽtantibus Cimbris in periculo uersari: Catulo igitur collegę iunctus/ apud Vercellas eos fudit, & cum ob geminatã uictoriã duplex tryumhus offeret/uno tantũ contẽtus uoluit/ut collega simul tryũpharet: non permisit Romanus senatus etiã in peregrino homine pmio suo uirtutẽ carere, ut eo exẽplo ciuiũ animi ad eam magis accenderent, Cornelio etiã Balbo Gaditano/Aethropibus/atq; Garamãtis bello superatis / cũ ciuitatis iure ut tryũphans quoq; urbẽ iniret/nouo exẽplo cõcessit: & si Põpeio non minus uirtutis magnitudo iuuenili ætati coniuncta/q̃ Scyllana indulgẽtia/tryumphũ quẽ meritus erat impartiuit: id pernitioso tñ exemplo actũ putatur/ ut plus amicitiæ q̃ legibus tribueretur: rerũ enim summa postea ad pauciores redacta / deteriores etiã effectus perit: siquidem Antonius in triũuiratu orientem sortitus/cũ a Partico bello rediret/fortasse Scyllano exẽplo motus/ut pro lege uoluntatẽ haberet, & sicut in Pompeo ætatẽ Scylla/ita sibi ipsi locum dispensaret: non Romæ quę orbis caput/ & domina erat / sed nouo more Alexandriæ magna exercitus indignatione tryũphauit: eodem abusus T. Cęsar uiuente adhuc uictrico Augusto: quanq̃ nec res in retis/atq; uindelicis gestę, neq; ætas tryũphũ mereret: omnia ouationis nomina triũphalia habuit ornamẽta: nam cũ mos esset/ut ouantẽ urbem laureati quidẽ/sed pedibus inirent/ipse curru inuhectus/ nullo ueri triumphi honore nisi nomine caruit: primusq; eiuscemodi ouatiõis auctor fuit, q insolẽter in ouatione sibi sumere uisus est: illud correxit cũ decretũ a senatu tryũphum pp̃ter deuictos/domitosq; Illirios distulit: uictrico atq; urbe tota pp̃ter Varrianã cladẽ consternata/prudenter.n.plus habere apud se uiriũ publicũ dolorem/q̃ priuatũ suum honorẽ/atq; lętitiam ostendit: Septimus Seuerus deuictis Parthis tryũpho uti recusauit. nam cũ uehementer podagra laboraret/tryũphalis currus agitationem/ac tediũ uitare/q̃ sequi tryũphalis pompæ cupidinẽ maluit: fortasse Vespasiani memoria cõmonitus, qui cum de Iudeis tryum-

pharet fastidio longi appaurats/tantęq; agitationis affectus/ea se merito perpeti tedia dixit,quia iam senio confectus tryumphalis pompę uanitatem appetiisset:posteaq̃ Italiam Gothi iam inuaserant/atq; mutante Romano imperio/Romani quoq; ut triumphis / ita etiam uincendo finem fecerant:abiectus fuit simul cum uirtute etiam mos eius per publicum honorem colendæ:itaq; barbari in quorũ potestatẽ Italica res uenerat,nulli iam tryumphali honore dignabantur:hunc autem honorem / & multa alia ad militarem uirtutem pertinentia / ceu longo postliminio in Italiam reuocauit/ Castrucius Lucensium princeps Pisis/Pistorio/magnaq; Hętruriæ parte armis partà/ cum ad Altum passum Florẽtini populi copias capto Raymundo Cardona eaꝝ duce fudisset,ueteri enim more quantum fieri potuit reuocato tryumphali curru urbem Lucam iniuit, salutis anno. CCC. XXVI. supra mille; cæterum meo quidem iudicio/multum plus laudis meritus est Franciscus Sfortia/cum Mediolanensium / totiusq; pene Lombardiæ parto imperio urbem Mediolanum esset initurus / paratum enim cũ tryumphali honore aùratum currum renuit, dicens eiusmodi ornamenta imperatoribus deberi:eodem enim facto uictoria illa quæ rara hominibus cõtingit,& hostis & insolentis animi affectus/qui plerũq; uictoriæ sunt comites superauit: nam rebus fęliciter gestis tryumphũ mereri haud paucis cõmune fuit. cæterum honore illo quem meritus esset/& paratum haberet præmodestia non uti, fortasse unius ipsius Francisci Sfortiæ,aut si plurimi certe perpaucoꝝ aliorũ fuit,quo studio prisci in urbe Roma homines a milite omnia militari disciplinæ debita exigebant,eodem in pace operam dabant/ut illesa ciuilis disciplina seruaretur,duosq; huic rei/ac simul nonnullis aliis censores præfecerunt: hi enim malos mores/peruersosq; ritus/nimiumq; in diuitibus luxum,quin etiam ipsa immodestia uerba seuera animaduersione corrigebant,quam censoriam appellabant notam: uerum posteaq̃ publicæ res in unius arbitrium cesserunt/huius officii parte ut multorum aliorum ab imperatoribus occupata, & si tantum ut censores rebus modum non adhibuerunt,quædam tamen memoratu digna egerunt,eorum pauca quidem.Cæterum aut pęnitenda additis nonnullis quęalii gessere hic cõmemorabimus, q̃ seuera fuit senioris Catonis

censura, illud ostendit q Manilium uirum nobilissimum senatu mouit, quia interdiu uxorem præsente filia deosculatus erat/hoc.n.uerbo usus est, dũ cũ repræhenderet se a sua nunq̃ nisi cũ tonaret præ timore cõplexum esse: q̃ exculptos ciuium mores per ea tẽpora fuisse credere debemus, cum hæc tam parua animaduersione tamen digna censerent, P.Scipio Nasica/ & M.Pompilius/cum equites atq; eorũ equos recenserent/a quodam equite petierunt, quãobrem cum ipse pingui/nitidoq; corpore esset / equum haberet macilentum / atq; strigosum, qui cum respondisset equum a Statio seruo curari, se autem ipsum sui curam habere: intemperantis uerbi insolentia magis q̃ facto ipso censores moti/inter ærarios eum rettulerunt, atq; adempto equo suffragii iure in publicis rebus priuauerunt: indignum enim aliquo populi Romani honore putarũt / qui tam impudẽter cẽsoribus respondisset: adeo quodam tempore Romani ueteres in bonis moribus retinendis seueros se gesserunt, ut aduocatum quendam nimis alte coram censoribus oscitantem, parum abfuerit quin graui mulcta damnarent, nisi iureiurando affirmasset se eiusmodi grauioris oscitationis laborare morbo: seuera quoq; M. Attilii Reguli/ & P. Curii Philonis censura fuit, cũ duo milia Romanorum iuuenũ inter ærarios rettulerunt, iureq; suffragii in publicis rebus priuarunt, quia Hannibale bello Italiam præmente quatriennium sine legitima causa non militarunt: indignos enim in suffragiis publico honore duxerunt eos/quibus sanguis suus q̃ patria carior fuisset, rigidum censuræ exemplum/ Fuluius Flaccus in censura ostendit / fratre Fuluio senatu modo, q legionem in sua tunc tribunus militauerat, sine consulis iussu dimisisset: memorandum Vespasiani Augusti uerbum fuit, apud quem utpote ad censorem quidam senatori in contentione accusabatur maledixisse, respondis enim senatori non deberi maledici: cæterum pro maledicto referre maledictum licere: sapienter enim declarauit non minus indecenter senatorem maledicendo aliorum proteruam loquacitatem irritare / q̃ alios non lacessitos senatoriam despectui dignitatem habere: Domitianus Augustus / ut principibus plerũq; mos est/in alios ob ea crimina sçuius animaduertere/ quæ ipsi frequentius admittũt, cũ censuræ munus suscepisset ciuẽ Roma

num questuræ functus honore senatu mouit, ꝙ choreis/ ac mimicis gesticulationibus nimium daret operã, impudicas quoqꝫ mulieres palam succedendi in legatis iure/atqꝫ in publicũ lecticæ usu priuauit, arbitratus eas quæ gentis ipsius unde essent ortæ/ac priuatũ suum/publicumqꝫ honorẽ contẽpsissent, non debere unius publici honoris aut priuati cõmodi partem habere: idem quoqꝫ equitem Romanũ iudicii honore priuauit, quia uxorem quã ut adulterã repudiauerat/in coniugalem thalamũ recepisset: & cum interrogaret̃ Thales Milesius qui fœlix esset/qui corpore(inquit)sanus, fortuna locuplex/animoqꝫ non ignauus/aut imperitus est: Pla.in quinqꝫ partes distribuit, primã bene consulere, secundam/sensibus/bonaqꝫ ualitudine uigere, tertiã/in rebus gerendis fortunatũ esse, quartam/gloria/& charitate excellere, quintam/pecuniis/rebusqꝫ necessariis abundare. Socrates apud Pla. in gorgi ait honestum bonũqꝫ uirum & mulierem esse fęlicem: Laconi quidam ad eum qui Lampem Aeginetã beatum esse dicebat, quia ditissimus esset/multorũqꝫ nauigioꝝ dominus, nihil inquit auro fœlicitatem e funibus dependentẽ: Anaxoras philosophus rogatus quis felix esset/roganti respondit, nemo ex iis quos tu fœlices existimas, sed eum in ipso numero quẽ tu credis miserũ: Datylus apud Athenienses fœlix omnibus perfunctus honoribus: Dionysius Alycarnaseus/Numam fœlicẽ appellat regio genere/forma/honoreqꝫ potitum/pia eruditione exculptũ/omni tẽpore integrum uitæ/in nullo a fortuna conflictatum/filios quattuor/unãqꝫ filiam reliquisse, Capi eum qui septuagesimũ annum excesserit fame necãt, quo in solitudine exposito euẽtum eminus speculantur: nam quẽ abauibus in lectulo distrahi uiderint/fœlicẽ putant, si a feribus/uel canibus/nequaq̃, si a nullo/infelicẽ dicunt, & ineffabili prouidẽtia disponit/& nectit, ut siquid in his omnibus/etiã aut contrariũ/aut aduersum est, id unitatis/pacisqꝫ ratione censeatur peractũ, nec inq̃ agregari quicq̃ potest/ nisi ꝙ prius aliqua ratione disiunctũ est, sed demũ ubi fine adẽpto iungit̃ splẽdor ꝓbitatis diuinę elucet, cuius fructũ cunctis rebus ullo ueriore q̃ pacis nomine possimus appellare: pax inq̃ finis postremus/& optim⁹ reꝝ oim est, agitant̃ & satagunt omnia/ut tandem pacẽ/seu aliquo pacis simulachro fruantur: orbis hic quem incolimus/ & in eo tot mortalium

ſpecies/generaq;,tũ deniq; oibus numeris lętanť/egriſcunt/ cum pax oĩa poſſidet,nulla prouincia/nulla urbs/nec domus quidẽ: poſtremo nec mortaliũ mens licet trãquille/quieteq;/ac affectatę ſolitudinis poteſt ſine pace conſiſtere:ille inq̃ deus/ille oĩpotens pacis dator/quẽ nobis uir ille atticus ex academia pronunciat/uniuerſi parentẽ/ac opifi cem eſſe, cuius nec nomen enunciari/qđ mortalis minime nouit/nec colorem ꝓdidit,quã minime uidit/nec magnitudinẽ oſtẽdit,quã nũq̃ attigit:nã quis tam uocis cõditæ/perenniſq; memorię/ tãq; diuini particeps ingenii / qui inacceſſum opus/ac humanis uiribus inuium aggredi queat, non ſi ingenioris fontis Homeri uariegata facundia/reſonantis Demoſtenis toruata fulgura/contornati Maronis florulenta canoraq; ſuauitas/multiiugi Naſonis ingenii/facillimaq; ubertas orãtis Ciceronis/fulmina lactei Liuii ſcaturiens/& cordata affluentia denotantis Apullei, Milleſia genuinaq; occurret inuentio / uel minimã inexplicabilis rei portionẽ exquiret:quippe cum deus ipſe neq; oculis perſpici/nec uoce enunciari poteſt:ut inquit Platonicus/ nec corporeo tactui ſubiiciť, neq; auribus poteſt hauriri in quẽ ſolus aius pulcher rimus uidelicet nitidiſſimus/pſpicuus/atq; expeditiſſimus oculus ꝓpter ſimilitudinẽ intendit, ſed totus/atq; integer non niſi uacue/atq; in ſe ipſam cõtractę illabiť mẽti ,quẽadmodũ igiť fit ſemper/ut cũ quis cupit ſolem intueri/aut auditu ad eius ꝑueniat aſpectũ , neq; uocalis armoniæ ſtudioſis proſequať oculis/ſed deſideriũ oculoꝝ in ipſis colo ribus/auriũ uero experiať in ſonis,ita etiã mens ipſa:quomodo aũt intelligibiles ſpecies appetẽdo eas/ut uidet & audit, quomodo inqt uel conſpicit/recte nimirũ animo/atq; adeo ualido/ & aciẽ ſuam in lucem illã poſſit intendere, cuius aſpectus haud caliget unq̃/ uel ad terrena demittatur, quin potius aures aduerſus ſenſibilia obſtruat, & ab his uiſum reliquoſq; ad ſe ipam adducat ſenſus:quę pterea a doloribꝰ/fletibus/gloria/honoribus/ignominia libera ſit:ſeq; ipſe dũtaxat rectiſſime ratiõis/ac ingẽtis amoris gubernatiõi cõmittat / ac ratiõis qdẽ ut a quo ſit tẽdẽdũ accipiat: amoris uero ut huius itineris pitiſſimi ductoris:qq; ſatis ſciat gr̃a/ac lepore itinere minuere laborẽ:illuc tẽdens atq; ab his terrenis abiunctus habeat ſemp prę oculis claras / ac fulgẽtiſſimas ſpecies exordiũ quoddam ad dei naturã dinoſcendam inducẽtes:

ita pergens animus de natura diuina obiter audit, eamq; ascẽdens intuetur, neq; terminus itineris cęlum est ipsum/cęlestia ue corpora pulcherrima & fulgentia/utpote de ipsius legitima fętura/ & ad pulchritudinem concinnata præstantiam quin potius ultra pergere oportet/ ac supra coelum se se efferre, in quod cum locum statuere/in quo ueritatis/ac tranquillitatis est sedes, in quo nõ hyemis rigor est, nec decidit imber lucidus/ac semper uolat/atq; imobilis aer, ubi nullus corporeus affectus a suo animũ spectaculo adducere potest, eiq; ad exhibere negotium, a quo idem animus miser dum uersabatur in hac orbis caligine mugitu/atq; affectionum tumultu sternebatur: nam quomodo deum intelligat qui cupiditatum multitudinem atq; / absurditate ratiocinationum percussus sit/aut sane melius q̃ qui populari contentione/ac tumultu constitutus uel legem / uel magistratũ percipiat uocem: quotus enim quisq; est mortalium/qui cetu/ac strepitu multo liberum habeat auditum, idcirco animus cum in tumultũ huiuscemodi ceciderit, seq; ipsum temere uastis cõmiserit undis natat / quidem intranabili freto donec fuerit exceptus a uera/diuinaq; religione quæ ei rationes suas edocuerit, quo inq̃ fiat ut euadens aliquis ad aspectum dei pertineat, cuius nutu summi illi pontifices illustrantur, imperatores/regesq; imperio condonantur: cur sonora dormiunt heroica lubrica, stertũt anapestica dulcia, quiescũt pimarica, nec ipsius referre queunt beatitudinẽ, absint modulata lyrica, impares concurrunt elegi, nec minus decidua uolitẽt iambica, quæ & si nihil querulum/aut gemebundum se se describendũ exhibet, tamen uelocissimo circũ rotatu te decantent/ extollentq;: cur in me gratissima blandientis Orphei facunditas altisona, præponderantis Sophoclis sonoritas, imitabilis gloriosi Pyndari cessat prosperitas: cur in me numerosa arridẽtis Horatii fęlicitas, sincera ardentis Propertii/leuitas climata parcissimi Tibulli non currit: deus ipse summus uirtutis iter mortalibus/ueluti pugnantibus in stadio, etiam uitii euitare iter constituit, alterum quidẽ improbitatis esse mercedẽ, quã scilicet flagitiosa mens ingeniũ aeuitare doceret, ut Academici dixere, alterã coronã q̃ optimę naturę mẽtiq; ob honestas/ac rectas rationes proposita est: his.n.maximis uiris iungitur deus / eisq; a uitæ pericula suppetias defert, adeo ut eos

omni protegat cura, manus quoq; quodámodo porrigat: hos utiq; nõ fabulosis uaticiniis/aut præstigiosis auguriis / aut fallacibus somniis/ uocibusq;: sed uera prudentia sanctissimis sacrificiis/diuinisq; monitis admonet: quippe humanus nanq; animus mirumimmodũ est imbecillis facile quæ ratiocinationibus in omnem partem flecti, qui uidelicet in secunda hac uita densissima caligine circundatus / & propterea tenebris/tumultuq; malorũ implicitus uehementer obrutus / quotus inq̃ quisquis est mortalium, uel expeditus/uel tutus qui inter proficiscendum in cęnosam aliquam foueam/uel torrentem non incidat, qui uel a latẽti aliquo uallo/uel rupe/uel septo decipi non possit, aut quis ita peritus gubernator parum ab artis signo non deflectens / ut a fluctibus/ęstuq; marino/ab impetu uentorũ/ aerisq; perturbationum integer euadat: quis præterea medicus tantam habeat fiduciã artis/ut nõ interdum terreatur agnotis inopinatis/aliter atq; aliter subnascẽtibus morbis, qui artis rationem sæpissime abrumpant: postremo inq̃ qui ita se optimũ peragat/ut uitam hanc tuto qui nihil offendat/nihil incurrat/transacturum se credat, quandoquidem ea differre nihil uideatur a corpore morboso/ab incerta nauigatione/ab impedito subfossionibus itinere, atq; adeo contendat gubernatorem/medicum/ ducemq; deũ habere: optima fateor/est uirtus/& actionibus efficax humanis, attamen in pessima/pernitiosaq; uersatur materia/ & ambiguitate referta: cum fortunam mortales poetico figmento nuncupant atq; appellãt: hæc cum sint (ut poetæ effinxere) penitus cęca/imoderataq; cũ uirtute sibi instituit certamen, eiq; & resistere/& repugnare non dubitat, fitq; sæpissime ut uirtutem agitans conturbet: itaq; sicut cõtingere solet/ut per aerem suberasse, nebulæ radios solis cohercendo eorũ intercipiens fulgorem, nec propterea sol pulchritudinem inditam amittat, tam & si eum opacitas nubiũ abscondit/ita etiam uirtus ab impetu cedit fortunę/neq; ideo pulchritudinẽ admittit, sed quasi in caliginem dẽsam inciderit umbratilis fit/ac discludit: quo maximo tẽpore huic ipsi uirtuti opus est deũ adiutorẽ certaminis/ac protectorẽ/psẽrtẽq; esse: hinc inq̃ deus ille summus est q̃ cũcta pegit/cęlũ ipm/cęliq; ordinem/orbem terrarũ omnẽ patris instar familias gubernat, pacemq; omnibus elargitur, sub ipso inquã pastore deo/christoq;/religio ipsa

diuina & recte dispensata libertas non in pernitiem / aut deciduũ sui gregis erumpit/sed iam mortailum saluti/ac tranquillitati publicæ ac cõmodatur, inter turbatos fructus / & ereptam mortalibus pacem restituit, maximis stragibus suis degẽtibus scęleribus deuastatos populos in quietem constituit: hæc inq̃ uera illa christianæ religionis laus est/christianæq; ecclesiæ militantis/ ut quamcũq; in partẽ uertat oculos omnia mansuetiora & plena pacis efficiat, atq; hoc pacto non tam maxima q̃ optima/diuinaq; ecclesia militans censeatur: pacis inq̃ nomen blandũ/nomen amabile/nomen sanctũ uerum/ornamenta christiani culminis/ueraq; gloria: hæc inq̃ christianos iter prouchit/& erigit, hęc deprimit/atq; opprimit acerrimos christi hostes, qui cum qua parte uerum hominem prę se ferebat morti obnoxius naturæ concederet ueram pacem/loco sorti hęreditario testamento reliquit: mox cum q̃ ꝑte uerum deum profitebatur/omnem mortis iniuriã reuiuendo profligasset, in tantæ tropheo uictoriæ: idem munus pacis apostolico cetui rettulit, qđ mouens pauloante testamento reliquerat: uerũ inq̃ dei munus pacem ediximus quæ nunq̃ quiuit a diuinitate seiungi: uerum enimuero siquis diligentius reꝝ ordinem/naturãq; scrutet/ nihil inueniet/comperietq; mortalium concordia / ac pace sublimius, ipsa summi dei supremi rerũ omnium opificis bonitas / probitasq; in cuncta condita/ atq; seruata, nonne quibusdam quasi scatebris pacis obrepit, dum in se ipso manens in omnia funditur, & in se immobilis mouetur in omnibus, hanc ipsam orbis molem in unum redigens cõtrarias elementoꝝ natutas mutuo nexu cõsilians omnia generat, cũcta continet, omnia seruat, dum mortales cunctos uirtutum naturas/ sibi atq; ipsas inter se archana tersitas haud oratione facũdia oratoriæ artis opus sit iucunditas. cur enim Isocratis eloquium torrẽs / scaturientis Herodoti profluuium abundans/eloquentis Diodori cunctatur studium: cur Fabianæ disertionis conspicua eloquia/ Plinianæ grauitatis flumina/Salustianæ breuitatis morantur afflamina, hunc hunc e graui curat lepiditas, Romana eat simplicitas, Hispana gladiatur facunditas, Carthaginensis fruat grauitas, Gallicana properat morositas: meam inquit Academicus edicendi subeam prouinciã, sane (inquit) cum integrum uidebit/cum fuerit accitus, neq; est quo nimiam

uocationis

uocationis moram, quæ quidem omnino expectanda est/animo pertimescat: uides inquam ut senectus aduētat/per quem ad deum est trāsitus/ ut mors sequatur, de qua meticulosus quisque conqueritur/ut accedentem expauescit, contra/qui dei amator est/libens amplectitur, intrepidusque excipit, sed te ut censeo noscendę eius in præsentia naturæ desiderium terret: quis tam præstare satis id queat pulchrū deum edicet, & pulchrorum omnium pulcherrimū in corpora emanat, neque etiā pulchrum pratum/sed unde pratum/& amnes/& mare/cœlumque ipsum/ cœlestisque dei pulchritudinē discerpūt: inde enim pulchritudo omnis tanquam ex perenni/ purissimoque fonte amnosusque labitur, tantūque aut pulchritudinis/aut strenuitatis/ aut salutis rebus in singulis est, quantū ab eo forte respergentur, ex quid si nihilum hauriant cōtinuo turpes/ dissolutæ/corruptæque tabescant: hoc tibi si satis est deum ipsum inspexisse, ut Academicus edocuit, quamobrem inquam satis conspicis tot ingētia opera conspicere, fędusque eius uenerari, uarios/ac multos diuinos illos spiritus eduxit: quod quidem testantur in cęli/in cœlestique/ ac fulgenti regno astrorum, in quo æthereæ substantiæ diuinam illam maiestatem ostendunt: sed libet inquam eius quo ediximus regnum/ ac imperium præpotentissimum, conspice mortalium regnum/ac principatū splendidissimum, cōstitue mortalium ex nutu unius animi/ atque optimi/atque antiquissimi lubētissime pendentium, hoc quoque regnū aut alio ali flumine/aut Hellesponto definiri, neque præterea uel a Meotide palude/uel Oceani littoribus contentum/sed eius esse cœlum/terrāque/alterum celsitudinis alterum depręssionis metam, at cœlum quidem similitudinē inexpugnabilis muri/undequaque in circuitu dictu obtinere, qui res omnes in se ipso contineat terram ueri carceris cuiusdam imagine referre, in qua nexa/ac compedita sint nocentia corpora, regem illum maximum fortissimūque cogitat, leges/ iuraque ad subiectorū salutem/ac beatitudinem sanctientem: igitur cum loca atra/& pęnas lubrici quodam atramento descripserimus / deique optimi maximi cœlestes sedes degustauimus paradisum, ubi diuina illa fęlicitas est/candidiore omni cerusa colore/omni diuino illo numine coadiuuante: loca illa inquam diuinorum spirituum pręclarissima/illustriaque existunt amplissima/ pulcherrima/amenissimaque planities est cœlo sublimior/ sole luculen-

N

tior/astris nobilior/omnibus thesauris prætiosior / ornatior / omnium rerum miraculo mirabilior/omnium plena bonorum / & nullius particeps mali, hanc mentem contemplatus Ibaruc uates in illam proru pit uocem/o Israhel q̄ magna est domus dei & ingēs possessionis eius: magnus inquam est / finem haud habet excelsus/& imensus humani inq̄ ipsa sibi rex ille Dauid & uates exoptauit ingēti animo/cū differe ret /dilexi decorem domus tuæ/ & locum habitationis gloriæ tuæ: & alibi/q̄ dilecta tabernacula tua ditem, deus uirtutum concupiscit/ & defecit anima mea in atrio domini: siquidem illius illustris regni/magnificentiæq; sui obliuiscitur, deus illius pulchritudinem miratur: id circo terrena ista caducaq; omni contendit animo/dum cœlestia/perēnia illa/cunctaq; fulgentia merite metitur: si enim illic domus dei est/ & habitatio gloriæ eius/tabernaculum/atriumq; domini dei uirtutū, nonne sicuti deo maius nihil est paradisi locus / quiesq; excellentior/ ulla gloriosior sedes/ullum fœlicius domicilium: illinc inquam se con spiciendam / præuidendamq; præbet diuina illa trinitas deus unus pater in filio/& filius in patre/& in utroq; spiritus sanctus: non enim enigmate & per speculum/sed facie ad faciem/ad quem psalmista ait/ adimplebis me lætitia cū uultu tuo, etenim quia deus lux est illic/angelos/diuinosq; illos spiritus/ac mortales sua illuminat claritate/ac illustrat: & quia uita est illic omnibus immortalitatem / incorruptionem q; impartit: & quia unitas est omnes in omnes unum ecclesię corpus efficit: uerumenimuero quia bonorū omnium fons est/ bonis omnibus illis quos a se recipit implet / atq; fouet / & complet/ita ut nihil maius optent, nihil suauius gustent, nihil melius desiderent/ atq; exoptent, nihil præclarius /atq; beatius appetant, nihil perennius/incōmutabilius/ac illustrius cupiant: nam nulla esse potest ultra uotorum progressio/cum his habetur/in quo uno illo summo bono omnia/ & a quo omnia / per quem omnia ipsum solum possidere ipsius ineffabili conspectu perfrui, plena beatitudo est & perfecta/ cuius beatitudinis gaudium perennem/atq; illustrem gloriam, ut peritus ille differuit/si quis uel uerbis eloqui/uel cogitatione cōplecti posse confidit, hic idē & sidera cœlestia/ equoris undas /marisq;/ orbisq; terrarū puluetis minutias enumerare simul nequibit, at cum etiam hæc omnia si fieri po

teſt numero comprahendere excogitet / adhuc quanto maior eſt omnium parens qui cuncta ad lucem deduxit conſpiciat qualia quantaq; ſit, quæ nec oculus conſpicit, nec auris exaudiuit, nec in cor hominis aſcendere, taliaquippe tantaq; ut Paulus memorat / deus præparauit diligentibus ſe, q; ſi idem ipſe cęlum hoc/cœleſteq; regnum mortalibus optabile/ipſaq; orbis elementa/mundiq; aera/ equora/tellurē/ & ignem/& cuncta in eis exiſtunt, iuſtis/ probiſq; pariter / & iniuſtis cōmunicanda eſſe cenſuit, quanto his omnibus illa uitanda ſunt præſtantiora / quæ propriis perenni æuo fruenda conceſſit: nam quanto eminentius illuſtre illud/ac excelſum/perenneq; bonum/qđ a reliquis diuina illa prouidentia ita ſegregauit/ſeparauitq;, ut nulli alii diuinis illis ſpiritibus/angelicisq;, qui perſtitere in diuina illa permāſere fide, & mortalibus qui iuſte / pieq; uixere proprium eſſet & peculiare: hoc inq̄ illud eſt q; ad capiendum ſuos/fluędumq; delegit: Hinc chriſtus ille orbis lumen / & numen / accedite inquit prælecti patres mei dei ſummi poſſidere præparatum uobis regnum ab orbis conſtitutione opprouocet ſaltem ad ſanctæ beatæ/bene peragendum tam immenſæ tamq; inextimabilis beatitudinis indubitata/illuſtris/præclara/& firma ſponſio quos a ſceleribus teterrimorum ſupplitiorum minime cohercent, q̄q̄ magis uenerandū eſt/ne tanto priuentur / fraudentur/excludenť bono/q̄ ne pro ſcelere animaduertenť puniātur q;, maiori inq̄ ut reor equidem afficiet impios/ac ſceleſtos ipſos amiſiſſe cœleſtis fęlicitatis munus / q̄ illata tartarei baratri / igneaq; illa perennis pœna utroq; inq̄ torquebit, qui pręſentis uitæ uoluptatibus/illecebriſq; diffluere/q̄ deo inſeruire maluerint. Siquidem in dei optimi maximi uiſione cuncta, ut diuini edocent theologi/& ſacræ teſtantur litteræ, humano generi expetita / optataq; ſe ſe effundent, ut nihil omnino amplius deſideretur; quæ breuiter percurrere uacabit imprimis ea quæ tantopere prædicatur/optatur / rerum diuinarum contemplatio uberius aderit queritur & actio ac moribus ſecundum ciuilem habitum ornata quę profecto non deerit cum ratio ſuo uigori reſtituta / & omni lumine illuſtrata ſuffragabitur, honores etiam in hac uita ad ambitionem / faſtumq; expetuntur ibi coram deo & angelis tātum digni ad regnum prouehuntur/& cum chriſto ſimul dominabuntur/ filiiq;

uocabuntur, diuitias item quarum gratia illiberales / iniustiq; fiunt homines expetũt, Gloria uero & diuitiæ in domo eius/& iustitia eius manet in seculum seculi:querũt insuper uoluptates/& illecebras/peccatorumq; fomenta, sed longe maiores ibi/quanto corpori præstat intellectus/labores/& erumnas ut malum uitent, quietemq; / & otium ut amica sectantur:de illis autem dicitur non esurient/neq; sitient amplius, nec cadet super illo sol/aut ullus æstus:hic uerius/ac sanctius in campis poetarum elysiis, sacris comitati uirginibus iuuenes/ ac nullis mixti libidinibus cœlestes ducent choreas / passimq; uagantes dei/ac domini sui laudes ingeminabunt, nõ metus duræ mortis/aut tot morbi/corporeæq; pestes immortalem uexabunt naturam, non discordia ciuium/ nõ hostis & dira bellorum rabies agros populabitur alienos, non tot perturbationes/curæq; mordaces/malesuada fames/ & anxia paupertas de statu tranquillæ perpetuæq; pacis animas deiicient, nã præterq̃ q; nihil malorum uidebitur, bona omnia aceruatim aderũt, qui nec excogitare cuiq̃, ut ait apostolus, licet nam si humanę sæpe delitię/ac uoluptates/ita sensum trahunt/ut semianimos/& attonitos ob uehementem hominis delectationem reddere soleant, quænam illa fuerint quando ex intelligentia tantum pendentes nulla naturæ ęęp tæq; gloriæ pugnantia sentient, ubi non sensuum imbecillitas corruptioni obnoxia interpellationem / uarietatemq; rerum ut medicinam quandam exposcet: Insuper si maximum hunc orbem deus omnipotens cum eius plenitudine/& rerum tantarum copia si cœlestes orbes adeo splẽdentes simul & terram uniuersam cum animalibus cunctis & reliquam elementorum materiam / ac pulchritudinem ob corpus humanum creauit: horumq; usum inimicis eumq; spernentibus maiorem sæpenumero cõcedit/quanto longe potiora animæ in omnibus præstantiori diuinæ iis obtemperanti uoluntate postmodo tribuetur: ad quam quidem excolendam tot disciplinas/artesq; repperit: & ut eã in cœlum tandem deduceret/ipse de cœlo descendens sponte mori factus homo constituit una tantum q̃uis pauperis uilissima per orbem reperta, cum personarũ nulla sit apud eum acceptio, neq; est q; illius oblectationis perpetuæ ulla sit unq̃ satietas, ubi unquam rerum mirãdarum sit omnino desitura successio/quin uno eodemq; actu, quid

uehementius intuendum: non ſatis ſciam dei ne gloriam/ac ſapientiã propriam/& ĩmortale gaudium/tot periculorum liberationem / certa præſentium donorum poſſeſſionem/rerum omnium ſcientiam/ erecatorum antea nobis occultorum cauſas / ardentiſſimam erga deum & mutuã inter eos beatoꝝ charitatem: in hunc igitur humanus appetitus(cum non fruſtra hæc & ſpes / & uoluntas ſit ei diuinitus oblata) omnino explebitur, Cui profecto/ac ſupremo bono nihil tam in hac uita q̃ ueritatis contemplatio ſimile, quamobrem in hac potiſſimum humanam fęlicitatem philoſophi præſertim peripatetici collocauere: in ſacris item uoluminibus ea prę cæteris magnopere laudatur.

S OCRATES PHILOSOPHORVM FONS a quo Plato diuinã illã hausit sapientiã / atq; doctrinã disseruisse memorat᷑, cũ de deo sermonẽ pageret/ edixisse phibet᷑, qualẽ ipse ne pagã cuiusmodi orõnis elegantia me muniero / aut unde satis claras appellationes cõprobabo, q̃ inq̃ dulces cãtus/armoniã cõcinnẽ/ut aut mihi ipsi a mortalibus aliis ostẽdere queã: qđ querit᷑/& si eloquẽtissimus oĩm Plato/ q̃uis ipm Homero cõparaueris, ut inqt Lybicus, aut alias unq̃ neq; ẽt in pñtia satis dignus est/q de deo loquẽs sibi uindicet fidẽ: sed aliquot nihilominus desideriũ habet, aliunde suę opinionis pnoscendę frustra id edicere aggrediat᷑/is q angusto ingenio utat᷑, nisi forte cuipiã uehemẽter sitienti/pñtem ꝓ habenti limpidũ amnẽ/q affluẽtius aquaꝝ simul oblectaret aspectũ insimul commode pberet potum/ fecũdissimeq; enutriret, mortales inq̃ aliũde ex inopi fonte/cęteraq; ex inferiori hauriẽtes/sufficientẽ ne potũ afferre posse arbitremur: qppe ille est q a Platone diuinitus memorat᷑, q uirtutes mortalibus ipsis de se bene merẽtibus cõciliat, cuius diuinus amor diuinis illis spiritibus nos amicos pagit: itaq; a diuina illa disciplina ne digito qdẽ (ut fert᷑) trãsuerso recedẽtes laudemus diuinũ illum amorem/ prout laudari meret᷑, si tanti muneris mortales essent/ut tantũ numẽ extollere quirẽt: nẽpe qualẽ similitudinem cõspicere liquet i noctua/cuius cũ interdiu in clarissima solis luce calligat aspectus/noctu tñ igniculi facula occupat᷑, ut inqt Tirius, si quis.n.in diui Pauli/Dionysiiq; incides sermones/pulchriores/& doctiores alios exoptat/desideratq;/ac putet/& cogitet in eis micãtẽ lucẽ exilẽ admodũ esse/minimeq; illustrẽ/ac pclarã: nusq̃ inq̃ hic aut exorientem solẽ/aut refulgentẽ lunã/aut hesperũ occidẽtẽ/aut luciferũ pręuenientẽ aspexerit: itaq; edicamus diuinũ illũ amorẽ eũ esse cęlestẽ/beneficũ/pacificũ/pulcherrimũ, q mortalibus maximoꝝ bonoꝝ cã est, q pacẽ largit᷑ hominibus/q uẽtis requiẽ/q mari trãquillitatẽ/ q tellurẽ ac elemẽta cũcta cõglutinat, q cũctos animãtes familiaritate cõciliat, beniuolẽtię elargitor / exterminatorq; maliuolẽtię, & si a mortalibus agnosci nõ possit: ut maximus academicus ex Platonis snĩa memorat, sed mane inquit amabo, iã.n.meditor sensim q̃ sit huius uis orõnis: uenitq; in mentẽ eius imaginẽ rei in metalloꝝ fossoribus uideri posset, qui cũ terrã ipsi cedãt/atq; aurũ effodiãt / minime tñ sufficiũt ad auri naturã dinoscendã: at reicere negotiũ hmõi optet in eos qui igne aurũ

ꝓbant.primũ nanq; cõmemoratiõe Tarsensis Pauli/atq; Dionysii/& similiũ illustriũ uiroꝝ cõgressum auri ꝓrsus metallo cuidã ꝑsimile esse ꝑcenseo,qđ sequit᷑/aliã exquirit scientiã/seu artẽ, quę ꝑinde atq; auri niditatẽ igne,ita diuoꝝ xp̄i militũ rõne uerba/snias/disciplinas trutinet/examinet/ac purget, & q̄ ꝑterea sincero/ ac ꝑillustri / expurgatoq; eoꝝ auro/idest purissimo/diuinoq; sensu sciat uti: nẽpe ut poeta disseruit/mẽs etenim humana talis est qualẽ ipse dietim deus ille oĩpotẽs/ hoĩnũ pater/atq; deoꝝ:ipsius inq̄ diuini amoris est amabilissim9,mortaliũ amicitia notus/princepsq; ad beniuolentiã cõglutinãdã/unde ab amore amicitiã nũcupatã esse diuini theologi tradidere, ꝙ est in nauigio gubernator/ꝙ in repub.magistratus/ꝙ i orbe sol/ hoc inter mortales diuinus ille amor est:nã nauis sine gubernatore labascit,ciuitas sine rectore ꝑiclitat᷑,orbis ipe sine sole tenebricosus efficit᷑, ita & mortaliũ uita sine diuini numinis amore uitalis nõ ẽ: siquidẽ tolle ex mortalibus dei amorẽ/oĩa/cũctaq; q̄ ad mortalẽ ip̄m cõspectãt sustulisse uideberis. Hinc illa diuini amoris exẽpla in Israhele/& si inter nocturnas imagines quę multę & uarię sunt,nulla certior/ueriorq; cũ rerum euentũ/tũ hoĩnũ opiniõe ꝓbata est, quã q̄ ex numinis amore ap.ꝑpinquatione cõstat,aut parentũ sanxiores/ut ꝑsonæ ꝑ quietẽ monitu/ uel affatu/qualis spes Israhelis ĩ deserto dormiẽti obuersata ẽ, is altiori sõno ꝑ̄ssus / in solitudine imaginatus cernere se scalas ab imo terrę faciẽ cęlũ sureptas/multosq; mirãda specie/forma iuuenesq; angustiore humano ascẽsu ꝑ eas/descẽsumq; moliri,tũ uero edoceri sibi uisus est cęlesti uoce ut ꝑgeret/ in Mesopotaniã ire fore/ut nuptię quas aio agitaret/nõ solũ ꝓspere cederẽt/sed mirãda inde sobolis incremẽta ad posteros uẽtura,futurãq; eam stirpẽ oĩbus terris celebrẽ,nec defuit oraculo euẽtus/pari fide sequẽs oraculum illustratũ/Amaramis Iudeoꝝ unus pietate insigni cũ sęuissimo Pharaonis edicto oĩs Abrami ꝓgenenies ꝑ deplorata haberet᷑ media qete iussus est operã nauare soboli fore/ut filius ex eo nasceretur / qui fractis Aegytiorum opibus Israheliticum populum seruitio eximeret:Moses inde oritur,quo nec sanctior nasci quiuit ad religionem sanxiendam'/ nec ad uindicandam libertatem magis idoneus'Aeneas ex Ilio profectus præter Cleusę idolum/& deorum priscorum impiorum tamen penatium affatum monitus ab Anchise patre / per quietem sybillæ antrum adiit, & elysios circuit campos, ut poetæ effinxere,urbem in Aegypto conditurus Alexander an-

ceps concilii ubi loci eã potiſſimũ ædificaret, intempeſta nocte dormienti ſenex aſtitit uenerabili ſpecie, qui Homericum illud incinuit, Prętcrea undiſono quędã iacet inſula Ponto/Quam Pharon appellãt/ Aegyptia littora contra: quod oraculum Macedo ſecutus Alexandrũ ubi hodie uiſitur auſpicaciſſime condidit, erexit tonanti Ioui ędem in parte Capitolii Cæſar Auguſtus/q̃ Cantabrico bello uouerat/dedicatamq; quotidie frequentabat: uiſus itaq; eſt ſibi per ſomniũ Iuppiter Capitolinus queri ſibi cultores abduci, ſeq; reſpondiſſe tonantem pro ianitore ei appoſitum/ac mox tintinabulis faſtigiũ ædis redimiuit, q ea fere tunc ianuis depẽdebãt, eſt & ſomnum oraculi conſanguineũ, utrũq; n. parit ſomnus, diſtãt tñ in affatu hoc eſt poſitũ: illud in figura obſcurę ſignificationis/niſi indulgens interp̃tatio adhibeat͂, qualis fuit ſpecies illa/quam dormiens Ioſephus imaginatus eſt ſe cernere q oẽs deſectæ ſegetis/manipuli quos fratres ſequiſſent uenerabundi ad ſuos accederẽt/ſecuta recentior imago qua uiſus eſt ſibi a ſole/luna/& ſtellis adorari, quæ nihil obſcuræ ad ea ptinuerunt/quę in Ioſepho poſtea euenere: potuit ipſe puer (ut erat) a fratribus uẽdi fatũ mutari nõ potuit: fuit & illud certi euẽtus/ſi figura diuerſum q regius pincerna & mox piſtoꝝ p̃fectus per quietẽ uiderãt, hic treis ſe ciſtas ferre capiti impoſitas/duas panis/unã crudi obſonii plenã, quã importunę uolucres diripuiſſent, ille tres opinatus eſt ſe uuę racemos exprimere, ex q̃bus regi muſtum ꝑpinaret: id duplex ſchema Ioſephus interp̃tatus pincernæ miniſterii reſtitutionẽ portẽdi ſignificauit, alteri uitę priuationem poſt triduũ/quæ cruce finiret͂; nec defuit cõiecturę euẽtus/ſed nõ ita impie uixere euenit: ſiquidẽ oſtendit & Samuelis umbra Saulo uigilãti/q̃ triſtis pugnę exitus regẽ ipſum/& oẽm regis ꝓgeniẽ manaret, ſed ferox ille nimis/q tã funeſto ꝓlio nõ abſtinuit/uel q abſtinere nõ potuit, aut certe q̃a nõ credidit. Infęliciſſimo fratris exitu territus C. Gracchus ptinaciter abſtinebat reipub. adminiſtratiõe, hortebatq; optimatium potentiã: cęteꝝ graui ſomno p̃ſſus/imaginatus eſt ſe a frẽ moneri ne pub. cauſam metu ꝑderet eſſe in fatis/ut ipſe quoq; ſimilẽ exitũ ſortiret͂, ut q in tuẽda Ro. plebe nõ diſſimili ſtudio fuiſſent eũdẽ uitę exitũ uterq; ſortiret͂, Galba q poſt Domitiũ Neronẽ princeps fuit, ſumpta uirili toga ſomniauit ſibi fortunã dicẽtẽ ſe ante fores defeſſã ſtare, futuꝝ ut niſi otius recipet͂/cuicũq; obuio p̃dę eſſet, miꝝq; qd

inde secutū est/apto atrio, simulachrū deæ æneo cubitali maius iuxta lumē inuentū:id Galba oī tpe mēstruis supplicationibus/ puigiliq; anniuersario coluit,quo ad ludibrii illius pñtia destitutus cū uita principatū amisit. Sed pclarius diuini illi xpimilites/nā diuinus ille Stephanus plenus fide/diuinoq; illo spū afflatus exēplo mortales edocet suo, ut sup quæcūq; caduca/ & extēporanea bona/qbus pleriq; inhiant, & ad illa quæ sunt in fortunę auspicio magno cupiditatis æstu inflāmati rapiunť: sed ut inqt Martius ad exoptatū desideriū cęlestiū bonoℝ spę erigamus nā diuinus ille intēdebat, ipse in cęlū illud cōspiciebat, hęc illi uisio/hęc reqes inter saxa extitit,hoc oblectamentū/hęc uoluptas ire aio in sedē dei/ubiq; locū/sedisq; partē nō temeritate/ sed diuinitatis pollicitatione nancisci:nihil qppe lętius est q̄ mortalē de ex pmisso sibi in cœlesti sede fulgentē pennitatē meditari, & nihil xpiano fęlicius/ac illustrius/cui cęlestis illa/ac fulgens mansio expromittiť:nēpe theologoℝ est snia finē humanę uitę beatitudinē esse:unde illa sonora tuba/& magnū ecclesiæ militātis columē/ac doctor gentiū Paulus/in cuius pectore xps resosonabat,habetis(inqt)fructū nostrū in sanctificatione finē ueri/uitā æternā:idē nō in umbraculis nemorosisq; quendā academiæ/sed in tertio cęlo inter coruscātes angelos institutus in huius uitę contēptū exclamauit/ne uiuere Christus/& mori lucrū necnō lumē illud xpiani nominis Aurelius/qui eminētissimo ingenio cęli archana rimatus est, finis noster(inqt)est puenire/ac ascēdere ad illud cęleste regnū,cuius finis nullus est, nā mortalis ipse rōne pditus/qua cæteris brutis antecellat/cū ad agendū/contēplandū/necnō fęlicitatē/ que ex eis emergit ortus sit,cū finis pagere decet:qm̄ Aristotele auctore/gratię finis oēs operanť,uita qppe sine rōne uaga est/atq; incerta, & eodē asserēte/nō solū intellectus / uerū & natura agat pter finē illius habet/qđ optimū nuncupať: hoc.n.inter se conuertunť: finis/ut inqt Hieronymus/in ipso exordio cogitādus est, si igiť ad hunc finē sapientissimus ille reℝ oīum opifex deus mortales cōdidit/ ut eos ipsis malentibus/ operantibusq; /ac assentientibus beatos efficeret iure inq̄ omnis industria / studium / solertia /omne deniq; hominis ad summum bonum / & gloriam orti desiderium ad illam assequendam erigi debet/excitari/inflāmariq;. Hinc Lucretius / Viridicis hominum

purgauit pectora dictis, Et finē statuit turpedinis/atq; timoris, Ostē ditq; bonum summum quo tendimus omnes, Quid foret/atq; uiam monstrauit limite paruo / Quo possemus ad id recte contendere cursu. & non solum ostendit/sed etiam præcessit, ne quis difficultatis gratia iter uirtutis horreret: Et si priscorum gentilium uates affuisse perhibent/superstitiosa quidem religione/qui se ea quæ dixerant casu accidissent digni imperio iudicabātur: nam Tyrhesias / Amphyaraus/ Trophonius Museus/& Getarum deus olim Amolxis / Pythagoreus Decine9/& apud Bosphoranos Achaicarus/apud Indos Gynnosophistę / Brachamāq; apud Romanos Aetruriæ aruspices/apud Ligureos in Thracia ex addito Bachi oraculo reddebanť/sed uaticinabunť plurimo mero sumpto, apud Clarium Apollinem aqua pota ephebantur oracula: quid inquam delirius effari potest? etiam illud Platonis in Thimeo / qd autem inquit dementiæ humanæ deus diuinandi uim dederit; illud argumentum esse nobis potest/q; nemo nō sanę mentis est diuinum & uerum uaticinium ullum assequitur, sed cum uel som nō prudētiæ uis præpedita est/uel oppræssa morbo/uel diuino aliquo raptu e suo statu dimota fieri diuinatio solet. Quippe cum dæmonibus præsident angeli ad potestatem ordinem pertinent, ut ait Gregorius, quemadmodum & rebus corporeis ordo uirtutum per quos & prodigia quandoq; fieri solent adesse creditur: prodigia nanq; seu miracula ex se nequaq̄ angeli edunt / q; dei tantum id existat / qui facit mirabilia magna solus, ut ait psalmus, deinde prodigium non præter alicuius tantum rei / sed totius naturæ ordinem fit, uerbi gratia sursum lapidem proicere præter naturam quidem lapidis / sed non illum proicientis, uerum quicquid angelus / uel alia natura propria uirtute agit ex ordine creatæ fit naturæ: quamobrem mirum non erit facere tamen mira / seu prodigia dicuntur, uel quia ad eorum uota/sicuti & sanctorum uirorum deus illa ostendit / seu certe ministerium aliquod/aut operam in eis patrandis exhibent: dæmones etiam uirtute propria/& naturali non simpliciter/sed quo ad nos prodigia solent edere / q; per uirtutem aliquam ignotam aliquid præter naturæ nobis notæ ordinem fiat: naturæ propriæ uirtute angeli tam boni q̄ mali hominis imaginationē mutare ualent: Natura enim cor-

porea angelo ad motum localem obtemperat apparitiones imagina-
riæ nobis ex loci mutatione spirituũ/& humorum corporis procrean-
tur:unde Aristoteles in libro de somno/& uigilia somniorum causam
adducit / dormiente inquit animali plurimoq; ad principium sensuũ
ascendente sanguine, simul & impræssiones quæ in memoria seruan-
tur somniũ mouent, ita q͂ apparitio fiat/ac si tunc principium sensiti-
uum rebus ipsis exterioribus moueretur, & ita spirituum ac humo-
rum commotio potest/ut apparitiones huiuscemodi uigilantibus etiã
interdum eueniunt/quemadmodum freneticis, sicut itaq; hoc ex na-
turali humorum motu, quandoq; etiam ex hominis cogitatione / qui
quod prius senserat imaginatur, ita & per angeli siue boni/ siue mali
uirtutem facile poterit euenire, quandoq; per alienationem a corpo-
reis sensibus / interdum citra alienationem insuper animaduertendũ
quemadmodum angelus quandoq; intellectum ad depræhendendã
huiuscemodi imaginationis uirtutem/significationemq; illustrat, tũc
uero nulla deceptio sæpe etiam indeclaratam homini ostendit: nec
tunc quoq; decipimur quẽadmodum nec christus decepisse dicitur,
q͂ multa turbis in parabolis proposuit/quæ tamen exposuit. Varici-
nandi gratiam Plato inquit / in iecoris sede collocatam: unde illud
Herodoti/Cleander uates(inquit)qui suasit seruis/ut contra Argiuos
arma mouerẽt: item Onomacritus sort. legus/qui Xersẽm impulit ad
bellum in Græciam inferendum, & propheta a Cerato in templo Del-
phici Apollinis: & Euenius Apolloniata nobilitatis uaticinio / qui ui-
giliã obdormisset obcæcatus, & eius filius Deiphonus celebris uatici-
nio in exercitu Corinthiorum: & Homerus meminit/q͂ Theoclymenus
uates e genere Malapodorum in Synophosio Diotima mulier fatidica/
Martius multo ante cladẽ Cannẽsem pdixit amnẽ Troiugena quan
dam Romanæ fugæ/nec te alienigenæ cogant in cãpo Diomedis con
serere manus: Miltas Thessalus diuinationis peritus / at Cato mirari
se differebat/q͂ non irrideret/aruspex aruspicem cũ conspexisset/quo-
ta enim quæ res euenit prædicta ab istis, aut si euenerit quippiã quid
afferri potest: cur non casu id euenerit / Hydaspes Medorum rex/a quo
fluuius nomen accæpit sub interpræratione uaticinantis pueri ad me
moriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium multo ante

præfatus/q̃ illa Troiana gens condidisset: quippe cũ nihil magis anxios mortales teneat/ neq; sollicitet magis q̃ hæc diuinandi cupiditas de hac paucis disserendum, ut meminit historicus, nam & si futura bifariam dinoscantur in suis causis/ & in se ipsis causę futurorũ triplices quædam necessarię suos educunt effectus, qui certo p̄nosci queũt, ut astrologi eclipses quædam/ non necessario/sed plerũq; quæ nõ certo/sed ex coniectura deprehendunt, ut astrologi siccitates/& pluuias, medici incolumitatem/uel mortem. Diuinare autem ea quę uoluntatis/uel sortis/seu fortunę sunt/nequaq̃ nec possimus/neq; debemus nisi in se ipsis/non scilicet pręsentia sunt tantum:nam potentiæ rationis participes/ad utranq; arbitrii partem se habent: similiter & quæ raro contingentia sunt ut fortuita/ꝙ eaꝝ causæ certam non habeãt ad huiuscemodi effectus pronitatem, prȩuideri & ipsa nisi præsentia omnino nequeunt, ut cum Socratem currere/uel ambulare/seu agrum fodientem/thesaurum reperire cõspicimus, futura (inquit) talia deprahendere/nisi forte dignitatis prouidentia superstitiosum/ curiosumq;/ ac demum præter fidem. De uaticinatione autem ex astris (quã astronomiam uocant) Augustinus in libro confessionum/ illos inquit planetarios/quos (mathematicos uocãt) consulere non desistebam/quasi nullum sacrificium/nullæq; preces ad diuinationem aliquam dirigẽtes essent, qđ tamen christiana pietas expellit/ac damnat:rursus idem in genesim / fatendũ est mathematicos quando uera dicunt instincto quodam occultissimo dicere/ qđ humanæ mentes nescientes patiuntur:quæ quidem uera de rebus temporariis nosse ad seducendos homines patiuntur, unde ad extremum sic perorat: quapropter bono christiano siue mathematici / seu quælibet impie diuinitates / ac uera maxime dicentes, cauendi sunt ne dęmonum consortio animam deceptam pacto quodam societatis inuoluant:igitur sciendum ꝙ pręter effectus necessarios/& eos qui plerũq; eueniunt ut pluuiæ / & similia astrologis non ultra diuinare nisi errores manifesto periculo datur: enim uero affectus omnis ex accidente/ ac contingentes siue in rebus humanis/seu naturalibus/cęlestium corpoꝝ causis subtrahuntur, qđ ut in sexto metaphysicę dicitur, ens accidente causam pręcipue naturalem non habet/ut est siderum cęlestium uirtus:nam ꝙ ex accidente

fit ens pro

sit ens proprie non est, neq; unum quemadmodũ ea quæ per fortunã & casum eueniunt/ut si lapide cadente aliquis intereat/aut agrũ effodiens thesaurum reperiat: hoc enim non absolute unũ/sed multa existunt: at naturæ ius in unum cõtinuo tendit/q; ex uno proueniat principio/forma scilicet res naturalis, similiter & uoluntatis actus cęlo minime subduntur: cum nullũ corpus in rem corpoream uim habeat/nisi sensuum ratione qui mentem ad actiones inclinat humanas, qua rationi non obtemperent: at quoniam rara est fœlicitas / ac in paucis ut ab appetitu/& sensibus nõ persuadeantur, idcirco astrologi plerunq; uera de moribus dicere uidentur. Species autem huiusmodi diuerse astronomia ex astris/ chiromantia ex manibus / Geometria ex terra/ cosnomantia ex cribro / castromantia ex amphora / negromantia ex mortuis/onoromantia ex somniis/auspicium ex auibus / exerspicium ex animalium extis/omen ex re noua, quæcunq; significatio/ut Aurelius/& Marcus Varro asserunt: hinc illud Mopsi auguris/ cui cũ propositum esset enigma a Calcante Troia redeunte quot ficus haberet Caprificus una/atq; numerũ quæ Mopsus diceret/ille cõperisset, præ pudore/atq; dolore illico expirauit, Pherecides ait/pręgnante suę oblata rogasse Calcantem quot porcellos illa haberet, Mopsum respondisse tres/atq; iis unam femellã, q; cum Mopsus uera effatus Calcantem illico efflasse animã: Euphoris carminibus hanc rem complexus extitit Enaries / qui Androgini ẽ Venere sibi traditam aiebant uaticinationem/Thyliæ fronde uaticinantes eam trifariam scissam digitis implicabant/ac resoluebant, ex his egrotante rege probatos tres iubebant uocari, atq; hos/aut hunc/aut illum ciuem asserebant periurasse per regis solium, q; apud Scytas maximum erat sacramentum, protinusq; ad regem iubebãt adduci, q; si ille inficeretur alios uates rex accessit: hii si cum prioribus conuenirent/reus capite mulctabatur, si ab solueretur ab iis/atq; ab aliis supplitium de primis uatibus sumebãt, ut Annius meminit illustris auctor: At Aureliani Cæsaris mater uentura prænoscisse fertur, ut Lampridius auctor memorat, nam cum aliquotiens cum uiro iurgaretur uilitate illum increpans cum differebat/imperatoris patrem alludens ad Aurelianum, quis ortus modicis parẽtibus/imperator tamen extitit. Sic mulier Syra/ut Arius asserit/

O

celebrisq; ad Alexandrum cõmune fecit, atq; per eam conspirantium insidias euasit, Pollibiaq; filio ad bellum Troianum eunti mortem prædixit. Quippe ueram illam prophetiam a deo mortalibus condonatam esse, mentis extractio: quamobrem operæpretium agnoscere quid hoc sit/mentem alienari ex morbo quandoq; contigit, interdum uero dæmonum astu in areptitiis conspicitur, aut diuina prouidentia per intellectionem quæ uisonem/quæ sensum / & imaginationem excellit (ut Paulo / & Mosi euenisse sacræ memorant litteræ) dei autem essentia in sui contemplatione fantasmata/quorum sunt corpora/non admittit / sed nec etiam speciem intelligibilem aliquam creatã q̃ hæc omnia in uniuersum excedit: unde fere humanæ facultati negatum in hac una absq; abstractione a sensibilibus uidere; de Pauli aũt uisione Augustinus in genesim / & ad Paulinam ait / q̃ is ita ut angeli/ac beati solent in patria deum uidit; præterq̃ q̃ siue in corpore, siue extra corpus fuerit ignorauit: mens igitur humana ad dei celsitudinem in hac uita tripliciter/attollitur per similitudinis imaginem, qualis excessus Petri in dñica transfiguratione per intelligibiles effectus quẽadmodum Dauid euenit, Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax: postremo per eius essentiam procul ab omni specie creata/qualis Pauli & Mosis extitit. Hinc Horatius/Prudẽs futuri temporis exitũ, Caliginosa nocte præmit deus, Ridetq; si mortalis ulta fas trepidat, Quod adest memento componere æquus, Cętera fluminis ritu feruntur. Et Tragicus / mittit luctus/signa futuri, mens ante sui præsaga mali. Et Statius/quid crastina uolueret ętas, Scire nephas homini. Et Horatius/ Quid sit futurum cras fuge querere, Est somnium oraculi propinquum: utrũq; enim parit somnus, distant tamen in affatu, ut Martius disseruit: nec adumbratio illa leuis, quia Iosephus deiparæ custos / & fidus comes per quietem iussus est Aegyptum petere cum puero nuper nato/& matre eius, & tamdiu procul abesse donec Galilea indigenis uagaretur, essetq; minus infesta a sæuissimo Herode tyranno: pari miraculo tres illi qui ab oriente uenere magi ut christum nuper natum adorarẽt/intempesta nocte moniti in somnis ne ad Herodem reuerterentur, quæ in Hierosolymis conuenerant rati q̃ erat cœli numen interesse his quæ fierent ab hospitali urbe diuersi domũ

abierunt:sed in nulla re sacræ litteræ pluribus scatent exemplis: nam quotus quisq religionem adiit, qui non aliquo instructus oraculo ui sus sit sibi diuinæ uocis/non nocturnæ imagini obtemperare: præces/ serat mox alia somni species obscurioribus adhuc uelaminibus / Con/ spex Pharao rex Aegypti per quietem septenas boues hilari aspectu a Nili ripa a palude aberrantes, quas totidem aliç deformi macie/a pa/ lustriq; loco emersæ exceptas conficerent, quæ duplex somnii imago Iosephi sagaci interpræetatione soluta est septem annoꝝ ubertate/læti/ tiaq; pernitidas boues ostensa per maciē confectas / portentosa totidē annoꝝ sterilitate. Age nunc & qualis fuit imago illa quç Madianitis/ Amalechitisq; excidium portendit, uastabant hæ gentes Iudeā bello, fecerantq; castra trans Iordanem/ in quibus miles unus dormiens ui/ sus est ordeaceum panem intueri, qui per tota castra obuolutus ingē/ tem ederet stragem, nec defuit qui per despicacissimum panē Iudeū inerpræetaretur, qui contemptui esset hostibus, nec fides non breuiter respondit iudei Gedeonis ductu eadem nocte hostiū castris insinuati memorabilem ediderunt stragem, suntq; .C.XX. milia hominū a de cem milibus obsidione occisa. Sic Martianus/Atilanis tēporibus By/ zantii imperauit / per somnium uidit arcum Atilæ regis disfractum nocte/qua ille in Pannonia subita morte consumptus est: Quid Gene serici somnio potuit ne quicq̄ significantius monstrari, fuit is Vanda/ lorum rex/Romamq; cepit/& diripuit, cōpelli sibi uisus est per quie/ tem a tribus iudicibus deponere flagellum qđ in manibus haberet, a quo uisu pauci inde dies intercessere/quibus barbarus rex desiit in hu manis esse, q futurum Paulinus Nolanus antistes prædixerat: subte/ xam hic Ethnica Timolente Corinthio/ad Dionysii tyrānidem euer/ tendam in Galliam profecturo Proserpinæ sacerdotes somniasse du/ cuntur, deas peregre proficiscentes, & cum Thimolente in Siciliam: quapropter Corinthii sacram Triremem publice instruxerūt, instru/ ctæq; duaꝝ cognomen deaꝝ indiderunt: fuit expeditio illa tam pros/ pera Thimoleonti / ut numen aliquod gerendæ rei non solum inter/ fuisse possit uideri/sed etiam prçfuisse: Obsidebat Alexander Macedo Tyrum insulam iam septimum mensem multa ope, eratq; anceps ad huc uictoria / cum per quietē satyri species ludibunda illi obuersa est

refugiens quotiens in amplexum trahere conaretur, cæterq; post longā ludificationē uisus est satyrus congredi / patiq; complexū: non defuit qui ex uocis interpretatione indubitatam in regis uictoriā pollicitus, quia id nota tua Tyrus latialiter sonet: nec illa parū obscura significatio, q̄ idē rex sub id tempus quo Tyro potitus / quiete presus cernere est sibi uisus Herculem / qui a Tyriis religiose colebat e muro sibi dextram porrigere. Philippus Alexandri pater post primos Olympiadis tauros per somniū imaginatus est se signū aluo coniugis imprimere, cuius figura leonis esset / q̄ ad Alexandri potentiā haud dubie ptinuit Olympias q̄ magnitudinē futuri partus procul dubio portēdit / nocte qua Philippi tauros passa est existimauit facto tonitruo fulmē suis se uisceribus isinuasse, ex cuius resultu magnū emicuisset incendiū: idq; in flāmas late diffusas abiisse: quā præterea euidens demonstratio inquiete Dario regi contigit, qui nisi cōiectoribus ad gratiā magis q̄ ad fidē imagine trahētibus credere uoluisset, puidisset nihil obscure excidium / qd suo regno iminebat: uidit ille per quietē Macedonicā phalāgem igne late depasci / Alexādrūq; sibi ministrare / ea amictū stola quā ipse olim seruiēs gestare erat solitus, eūq; posteaq̄ belli tēplū intrasset, protinus euanuisse: est & Cesari dictatori futura potentia per somniū demonstata, dormiens existimauit cū matre coire, quæ nocturna species (ut somnioq; coniectores interpretati sunt) terraq; imperiū illi pręsignauit, quia terra sit oīum mater: quā subactā sibi uiderat per quietem: Octauius Augusti Cæsaris pater cernere sibi uisus est / cum alio somno presus iaceret / solare iubar ex Acię cōiugis utero ortum qd ad filii celebritatē haud dubie ptinuit, accessit recēs imago Aciæ / quę sub ipsum puerperii tēpus per quietē putauit sua uiscera in cœlū extolli / explicariq; per omnē terraq; / & aeris ambitū: sed Claudianus cecinit / Omnia quæ sensu uoluunt uota diurno / Tempore nocturno reddit amica quies, Venator defessa thoro cū mēbra reponit / Mens tñ ad siluas / & sua lustra redit, Iudicibus lites / aurigę somnia currus / Vanaq; nocturnis meta cauet equis, Gaudet amās furto / pmittat nauita merces, Et uigil elapsas querit auarus opes; Blandaq; elargit frustra sitientibus equis, Irriguus gelido pocula fonte sapor: Me quoq; musaq; studium sub nocte silenti, Artibus assiduis sollicitare solet: Nāq; Poline-

día stellantis in arce uidebat/ Ante pedes summi carmina ferre Iouis. Humanus animus cęlitus nobis dei munere concessus eius etiam benignitate diuinitatis particeps/si sordibus expiatus humanis inuenia tur,recte iudicat, omnia liber percurrit remota proximis/ima sublimibus:pręterea futuris ac pręsentibus simul comparat,momẽtoq; cõiungit,cuius appetitus/ac magnitudo si uirtuti respondeat / facile de se rerũq; successu sępe numero uaticinantur, cum maxime nihil in or be magnum futurũ in omni genere/quin signis siue exterioribus / seu in animi recessu per mentis ardorem prius ostendatur,cũ non frustra deus ad adoptandas res bonas ac magnas spiritum mouere/ atq; excitare non solum in suis fidelibus sed externis uideatur: ut autem facta gentilium prius recenseamus, quid Alexandrum magnum ad relinquendam patriã/ad patrimonium amicis distribuendum/cum exerci tu ingenti peregrinandum/tot orbis ignota pericula adeũda impulit, nisi quædam pręsaga futuri imperii mens/quam in rebus magnis nu triuerat: huius postea statuam cũ Iulius Cæsar priuatus aspiceret/ingemuit/q̃ nihil rerũ a se iam gestum esset in ea ętate qua ille orbẽ subiugauerat,protinusq; ad rerum maiorũ occasiones captãdas est reuersus,ex quo ea gessit & illud quod posteritas deinde uidit nomen perpetuum successoribus reliquit, & p̃cipue iuuenis admodũ Scipio dũ cõtra Hannibalem alacriter se parabat:patriæ salutẽ & de eo uictoriã procul dubio discedens est ominatus Paulus Aemilius/ cum Persam catellum domesticum intereuntem uidit,eum cum de eiusdem nomi nis hoste nobilem tryumphũ rettulit, auspicatus uidetur: nec solum in rebus bellicis sed in litteris id euenire solet, ut Thucididi euenit/ qui cum puer olim a patruo audiendi Herodoti historiam quæ tunc primum publice recitata est/duceretur/ingemuisse dicit́ ,illius quasi laudis æmulus, quod signũ patruus magnopere admiratus ex illo ad rhetoricen eũ misit, unde & græci princeps eloquii simul & historiæ euasit.Ouidius poeta relicto foro ad poeticã natura & animo suadentibus sponte ueniẽs/eam quã de se famã reliquit/diuinasse uidet́.Clitomachum bubulcum quis ex agro ad philosophiam nisi mentis diui nitas quædã excitauit? hæc superiorũ gentilium exẽpla mihi repetita ut plane deprehendamus si hæc illis euenerunt: quid fidelibus doctri

na pariter ac sanctitate p̄ditis existimandū: hi ꝓfecto ad altiora erecti spiritū filioꝝ dei su mpserunt, & de ꝓpriæ certi salutis/torrentē uoluptatis eius continuo potant: quāobrē sæpe de se/deq; aliis multa futura degustant, ut illud plane consequi uideant: dedisti dn̄e metuentibus te significationem: ecclesiæ doctores quid ad scribendum impulit nisi perpetuū se sciendo doctrinæ fructū fidelibus relicturos? & ordinū institutores: quid ex eoꝝ laboribus utilitas posteritas erat assecutura ꝓcul dubio cōspexere? quis Francisco peccatoꝝ ueniā nisi sanctus spiritus nunciauit? quis spem dedit certā nomē illoꝝ per orbē terraꝝ pariter & in cęlo sublime futurū esse? spiritus/quis demū audētiores dei amicos reddidit/ut ad ea interpretanda/faciēda/dicenda priuatim/ac publice in synodis/quę alii tritā mandatoꝝ uiā sequētes minime fuissent ausi spiritus: at inquis decępti multi/sed hi sunt ꝓprie seruientes cōcupiscētię, ac ꝓprio decepti appetitu/sensuq; magis q̄ ratione ducti sibi nōnulla quādoq; sunt polliciti quę minime euenerūt: nec miꝝ cū facile sperēt/quę miseri uolūt: ut est in ꝓuerbio/tales igiť sunt qui sibi imperium/opes/potentiā non bonis artibus querūt, ut Catilinę Gracchis/& aliis seditiosis q̄plurimis euenit, qui per cōiurationes & cedes crescere cupiunt, ut & nostris quoq; tēporibus exēpla non desunt: aut forte per imprudentiā/siue indiligentiā ab his quę sperant/aut tentāt facile excidunt, ut Pompeio euenit/qui stulte rebus gestis pręteritę fidens fœlicitati nihil eoꝝ in bello ciuili quę oportuit/uel amicis fatētibus egit, urbem inconsulto reliquit, inimicū potentissimū nihil pepēdit, in acie non arte solita/nec ex re militari pugnauit: ꝙ mirū si is quē suis partibus prędixerat exitus aliter euenit? ad thesim ergo nostrā redibo, quod deo duce/teste conscientia/adhibita prudentia magni feruor animi suadet, cū nō frustra hæc moueat spiritus, plerūq; fęliciter euenire cōspicimus: officiū imprimis deo placere/idq; uiis atq; modis omnibus studere, cuius insuper causa res aggredi magnas/aut saltē si per uires nō licebit id maxime optare/atq; illos qui talia conanť æmulari simul & honoribus ꝓsequi: ardua nāq; iustitię gratia tentātes p̄ter omnes deus tueť/atq; fouet: sæpeq; uisum ut factū aliquod pulcherrimum/& heroica uirtus omnē aliquā uitā q̄uis obscęnā/atq; obscuram nobilitat, ut Bonifacii uoluntariū martyriū/qui cū æuū omne in libi-

dinibus & ganeis consumpsisset/unius horæ confessio beatū reddidit: ad externa ꝓfanaq̧ ueniā, Traianū fama est ob restitutū uiduę filiū Gregorii precibus ex imo baratro ad cœlum migrasse: quid Pii nomē perpetuū Antonino? quid Metello ante ipsum dedit, nisi maxima in patres amboꝝ officia: alter enim filii lachrymis ab exilio reuocatus, alter uero & tēplo/& magnis honoribus ab Antonio post mortē decoratus? quid itē Maximi titulū Fabio/Valerioq̧ indidit/nisi huic breuis admodū temporis officiū/quo patribus plebē conciliauit, ille ex tribubus libertini generis homines remouit: arduū utrūq̧ factū: Publicolæ demū Valerii modestia/qua domū foro ꝓminentē sponte deiecit, ęterni cognominis famā apud posteros ꝓpagauit: Scæuolā quoq̧ manus adustæ constātia ꝑpetuo celebrē fecit: uirtus nāq̧ eiuscemodi heroica cū in finem dirigit͛ rectā parabolæ illi accōmodabitur, quæ uenientibus tertia & nona hora in uineā laboratū singulos æque denarios distribuit: posterioꝝ scilicet uirtus excellentiā quāq̧ serotinā p̄notando: contra uero unū quādoq̧ factū reliqua gesta oia dedecorans aspicere licet: Giezi auaritia in petēdo clam p̄mio a Namaam syro, nōne totius temporis officium erga dominū suum sustulit? Iudæ unica proditio/nonne apostolatus gloriā omnem pręcipitē egit? quot demum magni uiri post labores multos pro xp̄i nomine tolleratos/seu a fide postea irruente tyrannoꝝ insectatione deficiendo/siue in libidinem aliquam aut ambitionem incidendo e statu totius omnino gratiæ deciderunt: sicq̧ econuerso, nonnę Paulinum præsulem Nolanum factum illud pium/quo se ob uiduæ filium redimendū seruum fecit/inter sanctos rettulit: latronis unius breuisq̧ pęnitentiæ spiritū ab omni præterito scęlere soluit: Ioannē Gualbertū militē multis antea criminibus obnoxiū/subita in aduersariū pietas celebrē/ac diuinū reddidit. Et Cicero/iubet igit͛ Plato sic ad somniū ꝓficisci corporibus affectis, nō ut nihil sit/q̧ errorē animisq̧ ꝑturbationē afferat, ex quo etiā pythagoricis interdictum putat͛/ne faba uescerent͛/qui habet inflationē magnā, is cibus tranqllitati mētis querēti ueta contrariā: Cum ergo (inqt) est somno seuocatus aius societate, & quo cōtagione corporis tū meminit ꝓterитоꝝ p̄ntia cernit, futura ꝓuidet, iacet.n.corpus dormiētis/ut mortui: uiget aūt & uiuit aius, qđ multo magis paget post mortē, cū oino ex

corpore cesserit:& si sępe numero somnia ipsa uera/clareq; futura pmo nuisse cōperta sint,eoꝝ uero/ut Macrobius scripsit/quinq; inueniunt species,nomen iuxta eoꝝ qualitates habentiū, primū dicimus somnium/secundū uisionē/tertium oraculū/quartū insomniū/ quintū apparitionem(quā Gręci fantasma appellant)somniū dicit cū sub aliqua figura tecta apparet ueritas,ut illud fuit uaccis / spicisq; Ioseph Pharaoni Egyptioꝝ regi interptatus est:Item illud qd de Policarpo Ioannis euangelistæ discipulo scriptum est,cui dormiēti puluinū cōburere martyrum suū uisum est igne/q ipse propter hoc certū pdixit: neq; huic dissimile qd Cęsaris matri cōtigit:q per somniū est uisus:ut Vespasiano de Neronis gente euenit:oraculū est cū a diuina persona siue etiā patre/aut sacerdote in somniis nūciat:sicuti magi cū moniti sunt ne ad Herodem redirent:& Ioseph Marię ut cū puero & matre in Aegyptum fugeret:hæc tria aliquid ueritatis secū habēt,quā prorsus carent duæ quę reliquæ sunt species/ uidelicet insomnium/& apparitio, nam ut cibus grossiq; uapores/aut mentis agitatio/ ac labor eorū causam præbere uident:alii hæc somnia in tres partiunt species/ naturalem/animum/& cęlestem,naturalem eā uocant per quā physici de humoribus iudicant, nam somniantibus aquā flegmæ humores dicunt/ designari per rubentē colorē sanguinem,per ignes colerā/terris autem humoribus iudicāt, nam somniantibus aquā flegmæ humores dicūt designari per rubētem colorem sanguinē, & per ignes coleram, terris aūt humoribus melancoliam: ut eā de qua Arnaldus philosophus de insomniis scriptū reliquit:nā cū somniasset a nigricante cato pedē sibi morderi in ea pedis parte/postera die cancer innatus est, animalia dicuntur somnia / quæ ab animi passionibus/quę interdiu contingunt/ proficiscunt: sicut apostolo Paulo euenit de sua in Macedoniā profectione,uisus est enim sibi cum dormiret a Macedone quodam rogari ut hominum eius regionis misereretur: cœlestia tantum illa dicuntur somnia / quæ rerum diuinaꝝ monita esse censentur: sicuti de statua fuit/quā Babilonis rex insomniis habuit,quā ,ppheta Daniel interptatus est:de iis sub generali nomine somnioꝝ dicemus, qbus & si catholica fides credere nec ,phibeat/nec pmittat:& philosophus ueros eorū effectus casu cōtingere scribat:nos nihil plus fidei dātes q̄ oporteat ali

quot eoꝝ exépla uetera/nouaq́/in quibus ueri eoꝝ exitus fuere subiũ gemus, ex quibus cognoscetur homo a deo/& ad similitudinem eius creatus, cum ei per corporeum impedimẽtum permittitur: sicuti L. Sillæ somnia uictoriam de hostibus ac principatum in patria porten derunt, ita etiam apud nos primum ei locum dabunt: primo enim bel lo q̃d aduersus Marium patrem gessit, pridie q̃ confligeret cũ eo/som niauit a Pallade fulgur sibi dari/moutriq; ut eo telo hostes percuteret: cuius somnii ueram effigiẽ belli exitus tulit: siquidem Scylla Mariũ hostem ferro/igneq́; patria expulit: L. Scyllæ pari modo in somniis ostensa est uictoria aduersus C. Marii filium: nam per quietem nocte quæ lucem antecessit illã quam Marium deuicit/uisus est sibi Mariũ patrem uidere iam mortuum/qui filium monebat ne postera die cum L. Scylla prælium cõmitteret, quoniam ea sibi dies infausta fuerat. Nonne Iudas similiter Machabeus clare in somniis ingentem uidit uictoriam, qua aduersus exercitum Syriæ regis Demetrii cuius Nica nor dux erat potitus est: longe enim pauciore numero regios adortus ex eis triginta milia occidit: cum autem per quietem omnia pontificẽ iam mortuum uidisset/ad deum pro hæbreo populo orantem, & post illum Hyeremiam prophetam gladium aureum porrigentem a deo ad superandos hostes missum/nequaq̃ tantam fortunam non minorẽ tamen rei ipsius certitudinem somnium illud tulit: q́; dormiẽs in Asia Lucullus uidit arbitratus dormienti sibi dictum/uade Luculle Auto licus enim uenit ut tecum sit, experrectus somno cum rem diligenter inuestigaret/intellexit a nauibus Cymbricoꝝ/quas Romanæ infecta tæ erant ad mare in littore relictam marmoream statuam/quæ postea Autolici fuisse cognita est, qui olim in Ponto urbem Sinopem muro cinxerat: nõ minus quoq; certum Petitii q̃ Luculli somnium fuit qui dum in Aegeo nauigaret, & naualibus sociis narraret se per quietem Pompeium solum obsoleta ueste amictum uidisse: conspexit a sana cę loue in uim sibi ut expectaret: cum appropinquasset/uidit in ea Pom peium cum ueste/comitatuq́/ut somniã uerat, quem in naui sua recę pit a Pharsalico bello fugientẽ, ut Petitius somnians aliẽnã uidit mise riam: Ita Themistocles periculũ suũ q̃d iã iminebat, nã cũ exul patria procul degeret / in urbe cui leonis caput nota erat, dum quiesceret

uisus sibi est Cybelem uidere monentem / ut leonis caput euitaret, ut leonē obuium euitaret: excitatus igit̄ cū sine mora inde abiisset, haud multo post superuenere Pisei quidam qui epixie per se impulsi occidere eum quęrebant, quorum uim somno illo monitus deuitauit. Hinc Aristoteles/somnus inquit uidetur medium inter uiuere/ & non uiuere, ut Homerus suauissimus morte proxime similis: At Menander/ somnus mortis præmeditatio est/corporis salus / & famam male finis domat: Et Comicus/nam qui dormiunt sine lucro libenter/& cū malo quiescunt: Et Martialis/numerare pigri damna quis potest somniter: Et Flaccus/somnus agrestium leuis uirorum/ non humiles domos fastidit, umbrosamq; ripam: prisci somni præceptor Mercurium putabant: quapropter apud Homerum/ cubituri Pheacenses Mercurio libabant. Homerus somnum ferream mortē appellat: & Maro/ mortis consanguineum: & alibi Homerus/mortis germanū: & Cicero/ & Naso/imaginem mortis. Hinc Gorgias Leontinus in extremo uitæ confinio deficiens/in somnum aliquem resolutus/rogatus a familiaribus quid peragerct, iam (inquit) somnus incipit sorori me commendare: unde Virgilius/ Tu consanguineus læti sopor/ pręssitq; iacentē, Dulcis & alta quies/placideq; simillima morti. Et Tibullus/ Somnia fallaci ludunt temeraria morti, Et pauidas mentes falsa timere iubent. Et Tragicus / Tu quoq; o domitor somne malorum requies / animæ pars humanæ melior uitæ: sed satius/illustriusq; deum ipsum inuocare/qui solus futura prænoscit. Hinc Plato in maximis/ siue in minimis diuinum debet implorari auxilium: & Cicero/a deo imortali sunt nobis agenda / capienda primordia: Et Seuerinus/in minimis quoq; rebus diuinum præsidium implorari debet: inuocandum enim omnium patrem/rex: quo prætermisso nullum rite fundatur exordium: & uates aderitq; / uocatus Apollo dii nostra incerpta secundent; Tu dea/tu pręsens nostro succurre labori: sed ut illa religio christiana saluatorem ipsum uerum deum inuocare iubet / explosis priscorum deorū portentis, ut Paulus edocet: & si poetę poetico more inanes illos deos appellarunt, ut Comicus/dii immortales bene qd agas: at Tragicus/o magne Olympi rector/& mūdi arbiter/iā statue tādē grauib9 erūnis modū finemq; cladi: & Naso/Funeribus fessi/postq̄ mortalia cernūt, Tēta

mēta nihil artes posse medentū auxiliū cęleste petunt:& Dauid ille diuinus uates & rex/hi in curribus/ hi ī equis/nos aūt in nomine dei nr̄i inuocabimus: quęrite dominū dum inueniri potest,ut inquit Isaias, inuocate eum dum prope est:& si uocis excusat ratio illorum errorem qui in uerbo dumtaxat omen posuere , sed bonoꝝ pars multo maxima nō magis(ut uideo)uocisq̧ rei omen uocauere:adiiciunt illud quidam nihil horum errorem quę omen asserunt,ad eum pertinere quid in se non recipiat:nec sua interesse arbitretur,quæ ex suo/alienoue ore impudenter excidunt , aut inconsulto fiunt:& ut uetustiora dicantur indubitatum id omen fuit: eorūq̧ postea secuta sunt/ꝙ Moses adhuc infans coronam capiti admotam conscidit,proiectam pedibus cōculcauit,ut Iosephus meminit:eiusdem generis est/sed admiratio maior/ꝙ Ioannes Zachariæ filius(ut diuinæ docent litteræ)nondum in lucem editus indubito prophetici spiritus argumento sub ipsum ad Elisabettam matrem ingressum/gestienti similis uisus est sentire seruatorem humani generis adesse / qui uirgineo gestaretur utero: siquidem potest & illud ad hoc referri ꝙ mirrha/thure/ & auro sit a magis donatus theathropos christus adhuc infans/ut plus magi omnino dederint/quantum dare se arbitrarentur:impie inq̄ peragat qui non pro pheticæ mentis fuisset:autumet Symeonis illud(ut euangelica docet historia) ad deiparam uirginem / cum optatum in manibus senex in manus complecteretur/compræhenderetq́/redemptionis pignus,: & hic gladius tuam pertransiuit animam , omen libentius q̄ oraculum dixeris:pari inq̄ interpraetatione alii alio uocent nomine/ꝙ Hæbreoꝝ pontifex Cayphas ꝓ cōcione effatus sit unū mori oportere pro populo, uel quæ tā euidēs significatio extitit/ in uoce unq̄ q̄ in puerili illa chrimatione(ut apostolicæ illæ tubæ ostendunt) osanna fili Dauid, notum est carmen per quod christus rex pullo sedens asinę a ueneranda ciuitate Hierosolyma ueniens acceptus est. Sic illud Ceciliæ Metelle/quam sororis suę filiam matrimonio collocare uellet,& ob id in sacellum capiendi de more hominis causa exissent , puella stante / Ceciliaq̧ sedente puellam defatigatam petiisset a matertera ut sibi concederet paulisper uti in eius sella requiesceret , illa quum dixisset / uere mea puella concedo tibi meas sedes omen res con

secuta est, ipsa enim breui mortua est, uirgo autem nupsit cui Cecilia nupta fuerat. Hinc illud Alexādri Macedonis/ cum Delphos ad oraculum uenisset/atq; id forte dies nefastus esset/ in quo erat oraculo quidem fas fari, uatesq; orasset eam reluctanté/inuitamq; in téplum trahebat:ea uero importunitatis hominis impatiens dixit inuictus es fili/eo omine accepto, haud alio sibi opus oraculo Alexander dixit esse, signifer qui dixerat (hic optime manebimus, omen dedit patribus deliberātibus Romam a Gallis dirutam deserere, Veiosq; concedere non discedendi. Tertia Pauli Emilii filia patrem a senatu redeuntem/atq; contra Persem destinatum omine confirmauit, lachymās enim ob catellā persam extinctā /rogata a patre/persa (ait periit) neq; solum inquit Cicero deoꝝ uoces Pythagorei obseruant/ sed etiam hominum quæ uocant onima, quę maiores nostri quia ualere censebāt/ iccirco omnibus rebus agendis/quod bonum/ faustum/fęlix/fortunatumq; esset pręfabantur rebusq; diuinis quæ publice fierent/ut fauerent linguis imperabatur, inq; feriis imperandis/ut litibus/ & iurgiis se abstinerent:siquidem solent nōnunq̄ aut uerba casu enunciari, aut etiam res euenire/ quæ experimēto postea inueniuntur ab auctoribus eoꝝ, aut his qui ea notarunt futura prænunciasse:hæc prisci homines gentilesq; cum superstitiose nimis obseruarent/omina nuncupabant, quę haud incongrue pronostica quoq; appellari possent, quoꝝ exitus quanq̄ persæpe fallat/tamen non erit ab re de his quid ueteres censuerint ostendere aliqua sensui: Cum afflictis regis Mithrydatis rebus Lucullus a bello pene confecto reuocatus esset, atq; in Galatia cum Gneo Pompeo successore conuenisset, & utriq; lictores/fascesq; laureati essent, contigit ut Pompeiani lictores nimiis caloribus / ac præ uiæ longitudine exiccata laurea sua, Luculliana lauro/quę recētior/& propterea uiridior erat, se fascesq; suos exornarent, augurati ex Luculli uictoria Pompeium non mediocre adiumentum ad Mithrydaticum tryumphum esse reportaturum. Infoelicis euentus/crudelisq; mortis/ atq; ignominiæ omen fecisse notandum est quendam poma uendentem / dum Brundusii M. Crassus traicere ad particum bellum uellet exercitum, nam cum ut moris eiusmodi hominum est/clare cauneas exclamaret, id ficus a loco cognomen trahentis nomen erat, uisus putabat.

putabat eo uerbo latine significare uelle, caue ne eas: idem haud fęliciora sibi ipsi ominatus uidetur, cum in eadē expeditione Euphratem amnem traiecisset, nam cū e more exercitum alloqueret, atq; ut alacri animo hostem inuaderent hortaretur, dixit ut maiorem necessitatem audendi ostenderet, pontis facultatem ex amne a se sublatam, q cū ipse in eā accipi partē uellet, ut sublata fugæ spe milites in uirtute sola spē ponerēt: in tristē ominationē tunc acceptū esse/ exitus infęlicis prelii cōfirmauit, q neq; ipsi/ neq; filio/ imo ne exercitui quidem/ paucissimis militum exceptis regrediundi uia patuit, omnibus a Parthis miserabilem immodū occisis. Hinc Claudius princeps postremis uitæ suæ temporibus pro tribunali poscente ita sermonis materia/ cum dixisset se ad finem uitæ peruenisse dictū, qui astabant abominantibus casus tulit/ ut sæpius idem repeteret, breuiq; euentus rem comprobaret: Nero imperator non minus aperte/ q Claudius futura mala sua mortemq; ominatus est; nam paulo anteq Galba rebellaret in senatu de uindice qui desciuerat uerba faciens diceret: haud diu post eiusmodi scęlestos homines pro criminum magnitudine pœnas daturos/ ab uniuerso senatu responsum fuit, tu is eris Auguste, qd uerbum & Nero/ & senatus in eam partem accipiebant/ ut ipse puniendorū eiusmodi hominum auctor esset, sed exitus contrariū ostendit, quia ambiguū uerbum ad id trhaxit ut intelligeretur futurū Neronem illum in quē senatus animaduerteret; illud quoq; in Nerone a multis notatū fuit; q in ultima fabula/ quam gręce de Aedippo exule in scena cantauit, grecum uersum pronunciauit: cuius hic sensus/ morti me coniunx/ pater/ & mater damnarunt, qd in eam partem acceptum fuit/ ut ipse sibimet predicere matris/ ac coniugis quas necauerat: Item Claudii quē ueneno imperii causa sustulerat, umbras iuste eum ad mortem citare; Idem pene Domitiano contigit, pridie enim q occideretur/ cum tubera quædam dono missa in posterum diem seruari iussisset/ uerbū hoc subiunxit, ut sequenti die luna in aquario cruentaretur, facinusq; deinde secuturum/ de quo per totum terrarū orbē homines loquerentur, scalpensq; interim porrum quem fronte gerebat ita ut sanguis ex eo manaret, dixit utinam hactenus/ & non ultra fluat sanguis, mortē suam proximam iis uerbis ominatus, quæ casus/ & nulla data opera

tulit, poſtrema die/quæ ultimum natalem diem Helii Adriani impe-
ratoris antecellit, cum is eſſet in ſenatu ad eum uenit quidam ululās/
gemenſq; obſcura uoce / parumq; intellectis uerbis, quare tanq̄ quæ
mortis eſſet prænuncia, turbatus Adrianus cum ſenatum alloquere-
tur, & poſt mortem filii mei dicere uellet, poſt mortem meam dixit id
qđ res triſte ſecuta omen, breui enim mortuus eſt: uerum cum omi-
naſſe declarauit, cum ſimul ſermones ſererent Antonius Baſſianus co
gnomento Caracalla / Gethaq; ipſius frater detectis coniurationibus
aduerſus Seuerum patrem, dicente Baſſiano debere cōiuratos omnes
occidi, reſpōdit Getha mortem ſuam ominatus/tu qui nemini parcis/
poſſes ne etiam fratrē interimere, nec multo poſt mortuo Seuero pa-
tre/Baſſiani opera Getha fuit interemptus. Inter dona ſapiētia prima/
timor ultimus, quanq̄ fundamenti gratia/& ipſe primus appellari po
teſt, ꝙ ad bene agendum initium ſit mali fuga ex timore proueniens:
quemadmodum enim in intellectualibus contemplatiue/hoc eſt ſapi
entia intellectus, ſcientia actiuis/ideſt prudentiæ/& arti pręferuntur,
ita in donis præfatæ ſimul/& conſilium pietati/fortitudini/timori pręe
ſtare uidentur, & hoc quidem materiæ comparatione/abſolute nanq;
actionem propriam reſpiciendo conſilium/ac fortitudo pietati/ ſcien-
tiæq; præferuntur: ſapientia igitur in intellectu ut in ſubiecto uerſat᷑/
diuerſis tamen dicitur modis, ut ſancti ſpiritus donum, ut gratia gra
tis data, ut deniq; uirtus intellectualis: igitur qua donum rationem
reſpicit ſuperiorem, nam inferiorem ſcientia tractat, ideoq; in ſpecu-
latiuam & actiuam deducitur ratio nanq; ſuperior, ut in.xii. de trini-
tate ait Aurelius/rationibus diuinis conſpiciendis/ pariterq; conſulen
dis uaca, primo quidem modo diuina in ſe ipſis contemplando, ſecū-
do autem per diuinoꝝ cognitionem humanas actiones dirigendo: ſa-
pientis nanq; cauſam eſt altiſſimam, unde cætera facile iudicatur, per
ſcrutari uero cauſa altiſſima una ſimplex deus eſt/ qua quis omnia iu
dicare/ſimul & ordinare recte poteſt, ex quo ſpiritalis homo / ut ait
apoſtolus/iudicat omnia, & paulopoſt ſpiritus omnia etiā profunda
cordis perſcrutatur, altera cauſa eſt in aliquo tantum genere / in quo
quis & ſapere/& iudicare exiſtimatur, ut in medicina/ & architectu-
ra, quemadmodum ait apoſtolus/ſapiens architectus/intellectus igi-

q

tur geminos habet actus, pcipere/& iudicare, primo intellectus/alteri sapientiæ donum secundum rationes diuinas dicatum, secundum uero humanas scientia: sapientia rursus de qua loquimur/ citra charitatem non reperitur/ut dicitur, in maliuolam animam non introibit sapientia, amentes uero ac pueri baptizati habitum quidem huiuscemodi retinent sapientiæ: actũ uero quum rationis desit usus nequaq̃ præterea a sapientia intellectuali uirtute, quum alioquin ambæ circa causam altissimam uersentur hoc distant, q̧ hæc deo per coniunctionem propior/deinde uniuersalior/eo nanq̧ uirtus excellentior quoad plura se extendit: hæc itaq̧ uti supra narraui non solum ad contẽplatiuam/sed actiuam pertinent uitam: sapiẽtia uero gratis data his etiã quandoq̧ concessa/qui citra charitatem agunt/singulari alioquin/ac altissima plane misterioꝝ scientia præditi/ut alios ædificare ualeant: est alia postremo carnis sapientia uocata/ quæ ut ait apostolus/ stultitia est apud deum, & in auaritia/ambitioneq̧/ac aliis humanis uitiis plerunq̧ uersatur. Hi de quibus diximus/aut suis/aut alioꝝ uerbis mortem sibi ominati sunt: at contra Antoninus Pius imperium/nam Adriani Augusti decreto ad Italię administrationem ordinatus, ea hora qua primo tribunal descendit Augusti nomine/quod solis imperatoribus dabatur salutatus/imperii sui hoc omen accæpit: contingit ut sæpius mala sua homines/q̃ bona ominentur: sicuti in Pertinace imperatore perspectum est, nam quũ ei Didius Iulianus adhuc priuatã agens uitam/fratris filium præsentaret, Pertinax adolescentem hortatus/ut patrui dicto obediens eũ reuereretur hæc uerba protulit, reuereare collegam nostrum & successorem, Iulianus enim Pertinaci in consulatu collega in procõsulatu successerat, euentus enim rerũ Pertinacis uerba aliud significare ostendit, nam paulopost occiso Pertinace/Iulianus in imperio ei successit, ut sibi ipsi malum Pertinax ominatus est. Ita Seuero fœlicitatem filii uerbum portendit, etenim quum in uilla sua Seuerus cum amicis satis parce cœnaret, infantẽq̧ partiri aliisq̧ largius poma de secunda mensa uideret, monito eo qđ supra fortunam largior in partiendo esset, respondit filius/ si tunc parcior esset fortuna ut pater dicebat habiturum aliquãdo ampliorem, id quod post fœlix illud omen breui secutum est, creato Seuero prin-

cipe/quo imperante filio fortuna quam ominatus erat oblata fuit: Seuero filii uerbum ominatum est imperium, mortem ei miles Ethiops præsignificauit, qui dicteriis gratiã principis captabat: liberata enim a barbaris Britãnia insula/cum Romã redire Seuerus uellet, Ethiops obuiam se obtulit/serto ex cupressu facto coronatus, itaq; tristi eius aspectu cum turbatus esset/Seuerus pelli hominẽ confestim a comitatu iusserat: cæterũ quũ hilari aliquo uerbo emendare miles tristem funesti serti aspectum uellet/magis rem aggrauauit principi dicẽs / omnia habuisti/omnia uicisti/nunc tandem deus efficiare, quod uerbum nõ longe post in Britannia mortuus Seuerus impleuit: quia inde Romã perlato corpore in deorũ numerũ relatus est: haud dissimile prodigiũ Maximinis patri/& filio mulier fecit, in foro Iulio quũ aduersus senatum cum exercitu uenirent, obuiam enim facta sparsis crinibus/attractaq; ueste Maximinos magna inuocans uoce/ante eorũ pedes mortua cõcidit: postq̃ rem ante paucos dies exercitus Maximinos interemit. prænunciatum simili modo/sed cum lęto euentu priuato adhuc Tacito ab eo quem malæ uexabant umbræ/imperiũ fuit, is enim in Syluani phano diu indesinenterq; clamauit, tactus tandem poterit: aliorũ uerborũ fœlix/ aduersaq; fortuna iis de quibus diximus prędicta fuit. At Alex. Seuerus Aug. suæ/& uerbo suo sermonem ordiri/fortuna cõtrarium obtulit, q̃ ut malum omen fuit accæptum, cępit enim occiso imperatore Heliogabalo ab imperatoris morte sermonem exorsus: inde autem cum ad Persicum bellum proficisceretur / Vesana mulier gallica lingua hæc dixit, uade/neq; tibi uictoriam pollicеare, neq; te tuorũ militũ fidei crede, id q̃ recte monitũ euentus docuit, ipso haud diu post a militibus occiso. In Gallia quoq; iuxta Tãgrim in Leodiẽsi agro/cum illic statiua haberet Diocletianus adhuc Ro. tantum eques tenuiq; fortuna hospiti parce mercedem persolueret, saga autem mulier obiiceret/q̃ auare nimis cum hospite ageret, & his contra (ut fieri solet) responderet largius se acturum imperatorẽ, ab ea affirmatũ fuit imperaturum ipsum/cum Aprũ occidisset: nec res uerbo abfuit: mortuo enim Numeriano Cæsare Apri soceri fraude Diocletianus electus fuit, qui in concilio manu sua Aprũ occidit. Nec ciuitas ulla ominosius quicq̃ audiuit/aut uidit/q̃ Hierosolymitana sub id tẽpus quo ex

cisa est a Tito Vespasiani filio, Iesus Anani ignobilis/alioquin rustici filius/cũ ad solemne sacrũ uenisset, quo atthegię statuebant in tẽplo, phanatico spiritu repẽte impulsus/uociferari exorsus est, uox ab oriẽte/uox ab occidente/uox a quattuor uentis/Hierosolyma & templum/ uox in sponsos & nouas nuptas / uox in omnem populum / hæc inrequieta uoce clamitans sępe correptus/ac magistratuũ iussu flagro cęsus mutari non potuit, ac ne fleuit quidem/aut ingemuit/quum atrociter cederetur, nec medio supplicio est quippiã supplex locutus, septem annos nullum adiit: cæterum seu meditans illud frequens etiam sonare/ue Hierosolymæ urbi a Romanis circumsessæ / quum muros circumiret/ut ciuitati ingeminans ue templo/ue uniuerso populo/factum est ut illud insolẽs adiecerit, ut mihi etiam atq; in ea uoce hostili tormento ictus concidit. Constantinus imperator cum forte aciem in aduersum hostem instrueret/crucẽ in cœlo intuitus est/simulq; uocem audiuit, uince in hoc signo, accępit omen/siue oraculum Constãtinus, ac simul uictoria secuta est: recens ei memoria est/quæ sequitur: sed omen cuicunq; ueterũ insigni euentu comparandum prodiit/frequens Ro. ciuitas obuiam Aneę Piccolomineo antistiti suprẽmi ordinis Romam ad noui pontificis creationem uenienti/mirum hic accidisse aiunt dubium præsagio / ac ciuium studio, pars (q; satis constat) ciuitatis q; multo maxima pontificem salutauit: fuitq; id omẽ illi ratum, creatus est illis ipsis comitiis pontifex/Piusq; cognominatus. fuit certi instar ominis in Numa rege/q; eodem die quo est in Sabinis natus Roma est condita a Romulo, in qua ipse postea secundus a cõditore legitime regnauit. Tedebat difficilis consultatio senatum/esset ne Roma instauranda a senonibus Gallis recępta, an populariter Veios migrandum, quum ex ea parte fori quæ curiæ adiacebat / Centurionis uox ex præsidio redeũtis audita est, sta signifer/hic optime manebimus, quod omen magno ordinis cõsensu accęptum fecit, ut urbs retẽta sit, & rogatio de noua Colonia fuerit antiquata. Tyberius Gracchus die quo optimatum cõspiratione in Capitolio periit, quũ domo egrederetur limi pedem offendit, adeoq; grauitate maximus pedis digitus est conuulsus, ut consciso ungue cruor toto calceo manarit: sed q̃ triste fuit illud Gracchi omen: Tam lętum & optabile/q; in C. Ma

rio extitit, erat is adolescens/merebat sub Scipione Emilio in Hispa-nia: incidit forte sermo apud ipsum ducem exercitus de claris imperatoribus, ac rogatus Scipio quem post ipsum habiturus esset Ro. popululus summum ducē, tum ille leniter C. Marii humerum tangens/ hic erit inquit omnium præstantissimus: extulit uox tanti ducis haud aliter Marium q̄ oraculum quoddam certissimum/ut iam inde non si magnam & excelsam sibi proponeret, sed maiore(ut credere est)omine alebantur ingentes illius spiritus, qui tam in prosperis/q̄ in aduersis infracti in eo apparuerunt: Puer cum ruri aleretur septem aquilarum pulli reperti sunt a matre in eius gremio, responderūt interpræetes talium ostentorum super ea re consulti fore, ut septies rempublicam imperio receptam suo præsidio tueretur / idem omen effecit, ut ne in extremis quidem rebus Marius defecerit / ueteri oraculo: confisus/. Cæsar dictator quum in Aphricam aduersus Pompeianorum reliquias exercitum deportasset, ac primo littore naui egressus concidisset/uertit confestim omen in melius, exclamās teneo te Aphrica. Nota est etiam Colani ominosa uox, is gymnosophistarum unus diuq̄ comitatus est Alexandri castra: postremo uiuus statuit incensam pyram ex gentis instituto insilire: quam igitur spectante exercitu in subiectas pyræ flammas insulturus staret, interpellatus ab Alexandro rogatusq̄ an mandaret aliquid, mox paulo(inquit) te uidebo: impleuit id omē ipsius ducis interitus, qui nō multo post secutus est. Hinc Lybicus academicus/quū Medi inquit/aduersus Græcos exercitū ducerent Atheniēses deū consulebāt quid factu opus esset, ubi tanta barbaro℞ ingrueret uis/ Medo℞ fulta equitatu/Persicis curribus / scutatis Aegyptiis/quam sequerentur funditores Cares / Paphlagones hastati/peltati Thraces/Macedonū grauis armatura/& equitatus Thessalicus: imminente igitur tam graui malo Athenienses deum consulebant, quonam maximo modo auerti posset, is uero respōdit fieri posse si ciuitatem ligneis mœnibus munirent, sententiam Themistocles dixit/uideri sibi nil aliud quicq̄ ligneum illum murum q̄ triremes significare, cæterosq̄ in sententiam trahit, quamobrē cuncti migrantes ex urbe intra ligneum dei murū se receperunt, sed esto/si Athenienses eo tēpore oraculū pro his rebus adire contemnentes uirum consulere ma

luissent sapientem/maximeq; idoneum/tum proprias uires / & hostiũ apparatum expendere, tum de impedimenti procella / deq; aduersus eam remedio diiudicare, is'ne consentaneũ fuit / ut in consilio dando Apollinis oraculo minor inueniretur, quẽ ego haud obscure de ambiguis mœnibus puto fuisse responsurum, sed clarissime potius dictũ/ cedite Athenienses lapidibus atq; ædificiis barbaro, ob eamq; causam cum liberis uestris / uniuersaq; familia / cũ libertate/cum patriæ legibus ad mare confugite, ut triremibus suscepti uel fugiendo salutẽ/uel pugnando uictoriã queratis: cur igitur homines cõsulta hominis negligentes/oraculum magis adeũt, an ideo q̃ hominũ ingeniũ lubricũ est/infidum/inuidum/ adulterinũq;? cuius indicium nequaq̃ semper aut cõstet/aut collimet: quũ contra diuina mens secundũ excellentiã fida secundum ueritatem probabilis/secundum peritiam a signo minime aberret, secundum dignitatem extra omnem inuidiã sit: oracula autem deorum / & ingenia hominum (quãuis nimium audacter existimabitur dictum) dicẽdum tamen cognatione mulcta iuncta sunt, neq; est si modo inter se similitudinẽ aliquam res habẽt, cur aliã rem magis cũ quauis comparemus / q̃ cum mente diuina uitrutem hominum: caue itaq; dubites/quonam pacto hoc fiat, ut mens humana cũ suę spontis existat/diuinatione utatur: Quippe cum deus ipse omniũ cognitor/& certus cõiector sit/nihilosecius aliqd habet humana mẽs/ qd in sua potestate sit constitutum: itaq; summus honos deo ipsi imortali habendus est /cũ perillustre sit /ac magnificũ uniuersa agnoscere: qs inq̃ adeo iprudẽtis ingenii hebetisq; existat/ut nesciat/ seu agnoscat cui magis iseruire expediat/an deo ipso/an hosti humani generis? duo siquidem reges/ deus ille summus / & dęmon omnium deterior / existunt, regnat hic criminibus / & noxiis: ille suprẽmus rex dominatur iustis, malus dæmon eos qui sibi inseruiunt, quamdiu uiuunt in delitiis habet, & quum e uita excesserint / æterno tormento cruciat: deus inquam suos milites / ac fortes athletas huius uitæ æuo, quod quia perbreuissimum / quasi dies una est, in angustiis / laboribusq; uersari gaudet, ut proinde beatitudinis ueræ / ac perennis probis fœliciter sine fine: quis inquã usq; adeo rationis inops / & expers est/qui non potius eligat deo optimo max· redẽptori nostro inseruire/

perbreui labore fœlicitatis perennis munera illa cœlestia/ac fulgentia capiat/q̄ dęmoni ancillari/ut pro breuibus / atq; caducis delitiis nusq̄ finienda subeas supplitia:quid hac uita breuius ? quid inq̄ æternitate prolixius?& tamen humanaꝝ mentium cœcitas/ac tenebritas,q̄multi reperiuntur/qui sibi ob breuem/illecebremq; uoluptatem/cum infinitis cruciatibus/q̄ per breuē laborem/ac in requiem cum tranquillitate perenni, malunt hic parumper congaudere/& illic deinde in tartareis erumnis uniuerso æuo cruciari / q̄ hic modicum laboris/ erumnæq; perpeti, proinde illic in cœlesti patria / fulgentiq; curia semper lætari,& bonis omnibus cunctisq; perfrui : effugiamus inq̄ omni conatu istorum dementiam diuino illiq; numini dei opt. max. alacri mente cunctis uiribus inseruiamus,quod si peregerimus/ipse quo nihil est maius/ac illustrius erit mortalium merces / ac nostra , quin cū ipso omnium parente/architectoreq; permanebimus, & deus ille summus in nobis permanebit.

T SI VT LIBICVS DISSERVIT/ poetico tamen more, quum Medi aduersus Græcos exercitum ducerent, Athenienses deum consulebant/ quid factu opus esset, ubi tanta barbarorum ingrueret uis Medorum fulcta equitatu / Persicis curribus/ scutatis ægyptiis/quam sequerentur funditores Cares / Paphlagones hastati/peltati Thraces/Macedonum grauis armatura / & equitatus Thessalicus: imminente igitur tam graui malo Athenienses deum consulebant, quonam maximo modo auerti posset, is uero respondit: fieri posse si ciuitatem ligneis mœnibus munirent, sententiam Themistocles edixit / uideri sibi nil aliud quicquam ligneum murum illum q̃ triremes significare, cæterosq; in sententiam trahit, quamobrẽ cuncti migrantes ex urbe intra ligneum dei murum se receperunt, sed esto/si Athenienses eo tempore oraculum pro his rebus adire contendentes uirum consulere maluissent sapientem / maximeq; idoneum/tum proprias uires / & hostium apparatum expellere, tam de impedimenti procella / deq; aduersus eam remedio diiudicare, inde consentaneum fuit/ut in consilio dando illius impii Apollinis/ seu dęmonis oraculo minor inueniretur, quem ego haud obscure ambiguis mœnibus puto fuisse responsurum, ut ipse peragere/& decipere solitus erat tanquam acerrimus mortalium hostis / sed clarissime potius dicturum / cedite Athenienses lapidibus atq; ædificiis barbaro, ob eamq; causam cum liberis uestris / uniuersaq; familia / cum libertate/ cum patriæ legibus ad mare confugite, ut triremibus suscæpti uel fugiendo salutem / uel pugnando uictoriam queratis; cur igitur homines consulta sapientum negligentes / dæmonum oraculum magis adeũt, an id cum mortalium ingenium lubricum est/infidum/inuidum/adulterinumq;, cuius iudicium nequaquam semper aut constet a quolibet, sed dæmonum mens infida / improbrabilis, & si peritia calleat/scienter tamen aberrat, quum omni polleat inuidia/ ac scelere. Hinc Martius / repudiauit (inquit) christiana pietas uanam & & superstitiosam ac abominabilẽ illam ueterum Romanorum / aliarumq; gentium circa prodigia / omina / & ostenta obseruationem, q omnia ad diuinam prouidentiam pie & sapienter referens. cæterum

tam sæpe res sacris litteris est repetita / ut silentio prætertita/aut ignorata credi possit, aut parum animaduersa: ast ego satis me facturum religioni arbitror, siquid hoc est / quod uana uetustas superstitiose seruauit/ad prouidentiam refero/piaque uoce testor / nihil supra/ nihil infra fieri / quod non numinis iussu fiat/aut permissu : prodigium uocet ethnicorum persuasio / ac tetrum quidem / & horridum quod Nilus cruentis aquis fluxerit, quod Pythirisis non unum aliquem ægyptiæ gẽtis(ut assolet)sed omnis ipsius terræ indigenas uno tempore corripuerit, quod ranæ coaceruatim euectę/cœlum & omnia interfecerint, & locustæ agros depastæ sint, & grando ingens de cœlo missa nihil in aquis reliquum fecerit: prodigiosa hæc sunt(quis ignorat)apud misterii ignaros/qui sacras litteras attigerunt, ut uerius ita lubentius miracula dixerint, nec alio q̃ prodigii loco prophanum uulgus ponat, & Philisteis ad Masphaton in acie stantibus / lacessentibus iudeos / ac conuicio insectantibus, quod metu & ignauia in edito se tenerent ex improuiso horrẽde mota sit terra, subsedentque in patentem hiatum, sitque procella ingens secuta cum uentorum turbine, quæ tanta ui aciem afflixit/ut Philistei uiolenter rotati/attoniti/ atque armis exuti / passim ut inertia pecora sint a Iudeis occidione occisi, anno quo Hierosolimæ excisæ sunt a Romanis Titi Vespasiani ductu/ sidus gladii figura in cœlo apparuit/ipsi urbi imminens/ cursus diuersis cœli regionibus uagantes obseruati, & armatæ acies uisæ transiare nubila: hæ uoces/ hæc tuba / hoc uerum cœli edictum / quo populus ille ad pœnitentiam reuocabatur, sed haud non credidit/aut cæcus / & pertinax cœli minas contempsit. Obsidebat Belisarius cum Italiam a Gotis uindicaret, Vrbinum in Vmbria, repenteque fons unde tota ciuitas aquabatur/sua sponte exaruit, qua subita defectione / non aliter q̃ prodigio quodam perculsi Vrbinates deditionem fecere: Genua quæ Ligurum caput est/Ioanne huius nominis undecimo apostolicam tenente sedẽ/ fons sanguinis prodigiose fluxit, nec multo post a saracenis capta/ & miserabililiter afflicta: pridie q̃ Veneti sint ad Sapientiam Ligustico bello uicti / corui uolucres aduersis inter se agminibus supra classem conflixere, supra classem triremes respersit remigem ad hæc ex una naui in aliam transilientem immanis bellua deuo-

rauit: proficiſcebatur ad bellum ſociale cum florentibus copiis L. Scylla / cum circa Lauernam ingens terræ hiatus repente extitit, inde lucidus/ & purus ignis protinus emicuit, extenditq; ad cœlũ flammam, fertur ita eſſe a uatibus reſponſum, futurum ut cum uir bonus / & ſingulari aſpectu principatum gereret / tumultuoſus rerum ſtatus in melius mutaretur: ſed nullo unquam tempore plura fœdiora expauit prodigia Romana ciuitas/ & reliqua Italia / q̃ primo ciuili bello impendente ignis ex haſtis / quæ Romana ſigna geſtabant ſubito emicuit: eſtq; ægerrime extinctus: tres corui pullos ſuos in uia productos fæde laniarunt, quod ex laniatu ſuperfuit / in nidum retulere: mures in templo aurum roſere, captaq; ex his fœmina/ac quinos muſculos in muſcipula enixa treis ex illis deuorauit: & quod omnium maxime terrificum fuit / puro / ſerenoq; cœlo tubarum clangor in aere concrepuit, & lugubres intendens uoces / mortales metu/ & pauore defixit: eſt & illud proditum memoriæ/ M. Accilio / & C. Portio conſulibus/lacte & ſanguine pluuiſſe, carne uero ſæpius: ut L. Volumnii/Seruii Sulpitii conſulatu/ & quam aures non diripuiſſent/ incorruptam iacuiſſe: pluit & in Lucania ferro /anno anteq̃ Craſſus in Parthia periit / omneſq; cum eo Lucani milites, quorum magnus fuit in eo exercitu numerus: Coſanum pluit lana, quibus locis ſequẽti anno eſt C. Annius Milo interfectus, quo cauſam dicente pluit lateribus, eſt & crepitus tubæ a cœlo auditus: Cymbricis bellis/ab Amerinis uiſa arma cœleſtia ab ortu/occaſuq; inter ſe concurrentia: M. Craſſus ad Parthicum bellum profectus/cum amnem quendam iunxiſſet ſponte / qua in hoſticum tranſmiſſurus erat exercitum tempeſtas ſubito coorta eſt cum tonitruis/ & fulminibus ita aduerſum militum ora perſtringens/ut tranſitu perhiberentur, ſecuta uis uentorum ingens/quæ ualide pontem diſiecit: tranſmiſſum eſt nihiloſecius, locuſq; ubi primum Romanus fecit caſtra fulmine ictus eſt: nulla potuiſſet uoce clarius demonſtrari clades / quæ duci/ & militibus imminebat: cæterum quia ita euenire oportuit, res fatis prouiſa / ut inopinata / & improuiſa fuit perituris: equi quos Caius Cæſar initio ciuilis belli in Rubiconis traiectu conſecrauit, uagiq; & ſine cuſtode/ ut emeriti paſcebãtur: ſubit tempus quo ipſe iam dictator interfectus

est, pabulo abstinere comperti sunt/atq; ubertim flere: illud etiam nũ memorabile/q triũuiralibus copiis ad Bononiã contractis sedit aquila super Octauii tabernaculum , duosq; hinc inde ceruos incessantes uehemẽter afflixit, uniuerso exercitu futuram triũuiro discordiam, & eius exit um presagiente: sed omnia id genus exempla ponere super uacue sit, opere praesertim cum in his extimandis tam frequens fuerit q̃ uana ethnica superstitio omnium prodigio, illud primũ post peti tam immortalis dei ueniam, neq; de eo aliter fas esset: a nobis ponetur q natalitio die Iesu christi in urbe Roma transtyberim contigit, ex fonte. n. in quadam priuata domo oleũ manauit: ut is liquor ortum eo die ostenderet, qui ad humani generis salutem misericordiae fons/ac lumẽ erat futurus. paulo anteq̃ urbem Romam Otto egrederetur cũ exercitu aduersus Vitellium profecturus, a quo uictus praelio sibi ipsi mortem postea consciuit: Romae nunciatum fuit in Etruria bouem clare locutam anno quo sociale bellum cum Romanis antecessit/periculi & laboris plenũ. L. Mario/& Sexto Iulio consulibus/in agro Mutinensi a multis grauibus uiris ciuibus Romanis/qui per Emiliã iter habebant, duo mõtes fragore/magnaq; emissa flamma simul concurrere conspecti sunt, non sine ingenti locorum/atq; hominum strage, ubi concursus factus est, quo prodigio putauerunt homines mala praenunciari: quae postea ex eo bello secuta sunt, P. Cornelii Scipionis & C. Laelii consulatu/in Tusculano agro terra pluuisse: Caete grauiore euentu P. Cornelio/L. & Marco Bebio conss. Lauini sospite Iunonis statua palam lachrymas effundere uisa est, ut alias sanguine sudare: Liuius quoq; Fabii Max. consulatu quarto contigisse scribit/ in Ianiculo legiones armatas uisas esse, quae tamen cum nusq̃ essent inuẽtae Ro. populo ad arma currẽte/prodigii loco accepta res fuit: & sicuti Hannibalis in Italia/Romanorũq; in macedonia per eadem tempora bellum crudelitatis plena res fuit, & uarietatis mirandae propter regnorum mutationes/quae secutae sunt: ita etiam magna/& extra communem usum naturae prodigia apparuere: nam M. Marcelli/& M. Valerii Tarquiniis, item Sessae/ T. Q. Flamminii/ & Sexti Helii Peti cõsulatibus/sues humanis capitibus nati sunt, frusinoneq; agnus idẽ C. Aurelio/& P. Sulpitio consulibus/cõtigit Caesaris dictatoris mors, quae humano

quæ humano generi ſtetiſſe/non obſcuris ſignis oſtenſa eſt : nam non multo ante q̃ periret/Coloni Capuam Iulia lege deducti / quũ primũ nouas domos molientes ſepulchra quædam diruerunt , in Capis tumulo/qui Capuã fundaſſe dictus eſt/inuẽta fuit tabula ænea , in qua erant inciſæ litteræ monentes fore cũ Capis oſſa detegerent / ut unus a gente Iulia progenitus/ſuorum manibus occideretur, eiuſq; ſanguis magno Italiæ dãno uindicaretur. Addidere Eutropius/atq; Euſebius/ in agro Romano conuerſum bouem ad aratorem ſuum/& plane locutum/fruſtra eum ſtimulis agere , quoniam prius homines/q̃ frumẽta defutura erant. Cum adhuc priuatus eſſet Claudius / prima die qua conſulatum inniuit / Romæ per forum tranſeunti aquila dextro eius humero inſedit, in eo enim imperium oſtendit, ad quod poſtea Claudius conſcendit. Verumenimuero quemadmodum huiuſcemodi ſunt cauſę/ uirtuteſq; rerũ quoddã agẽs, ut diuini theologi edixere, tãtũ eſt ipſe deus cęli rector/& mũdi arbiter , ſed quãq; deus inferiora p ſuperiores & ſecundas regit cauſas præter tamen hũc ordinem multa quidem edere poterit: hoc enim agens ex naturæ neceſſitate ab agente ex uoluntate differt, quod ex naturę neceſſitate effectus ſequi niſi aliquo medio non poteſt , unde agens non ſtatimmaxime uirtutis effectum ſed ſuæ tantũ uirtuti conuenientem , in quo tamen minor q̃ in cauſa uirtus reperitur, ſicq; permulta tendens media a cauſa ſuprema aliqs prouenit effectus edere ualet , in agente autem ex uoluntate aliter, nam ſtatim citra medium quẽcunq; effectum/qui alioquin ſuam uirtutem non excedat proferre poterit: deus autem ex uoluntate agit, ergo abſq; ſecundis in inferiora poterit: illud autem animaduertendum q; licet deus præter ordinem rebus conſtitutum aliquid interdũ agit, nihil attamen cõtra naturam agit: om nia nanq; creata deo ſicut opera artifici comparantur : non igitur contra artis rationem ſi aliter aliqs artifex in opere ſuo/etiam poſt formã ſemel editam egerit, neq; ſi deus in rebus naturalibus aliter q̃ conſuetus omnino curſus fuerit : ex quo Auguſtinus/ deus (inquit) omnium creator/ac conditor nihil contra naturam facit , quia id eſt rei cuiq; naturale quod facit, a quo omnis numerus eſt/ordoq; naturę: hinc miracula dicuntur ea quæ diuinitus præter ordinem cõmunem fiũt: horũ tria ſunt genera, Primum quidẽ

aliquid ex deo exit quod natura nunq̃ faceret, ut si cursum sol moret, ut mare transeuntibus aperiatur/ac cedat, Secundum quum aliquid deus quod natura potest sed ordine quidẽ alio facit, uerbi gratia/opus est naturæ ut animal uiuat/uideat/& ambulet, sed ꝙ post mortem eadem faciat/natura nequaq̃ facere potest: Tertium genus quum deus agit quod uirtute naturæ facere consueuit, absq; tamen naturę principiis: & auxilio ueluti quum aliquis a morbo natura incurabili diuina uirtute curatur: & cum absq; nubibus/ac cœlo pluit sereno: portenta quoq; siue prodigia/siue miracula charitate alioquin carentes/ex gratia gratis data nisi sunt edere, ut euangelium plane testatur: Nõne in nomine meo dęmonia eiciemus: & Hieronymus/ prophetare inquit/ uel uirtutes facere/aut dęmonia eicere, interdum eius uirtutis qui operatur non est/sed christi nominis inuocatio hoc agit, ut homines deũ ob cuius inuocationem illa fiunt/uenerentur: nã orando peccator quãdoq; exauditur, non sui causa / sed dei miserantis gratia/ ad suam uel alioꝝ salutem exauditur: ut ait Augustinus/quamobrem miraculorũ genus notandum / quum aliqua non admodum uere hoc est res ueræ sed phantasmata sint potius, quibus homines decępti ad ea quæ minime conueniunt/deducãtur: quædam rursus nõ tam non uera/q̃ uera mmiraculorum rationem non habẽtia naturalium causarum/& seminalium rationum uirtute fiunt, quę ambo per dæmones facile patrari ualent: at uero omnino ex deo sunt tãtum/qui suppliciter in his hominum quærere salutẽ uidetur: uno quidem modo ad ueritatis prędicate declarationem/ fideiq; hominum corroborationem / confirmationẽq; quo ferme modo uel iustus qui rectam prædicat fidem: edere interdum potest/uti supra memoraui alio modo per sanctos tantũ uiros / ut eoꝝ plane sanctitas appareat ueneranda / deus agit: unde Augustinus libro·lxxxiii·questionum/aliter inquit/magi/ aliter christiani/aliter quoq; mali miracula ostendunt, magi per uirtutes a dęmonibus acquisitas, boni christiani per iustitiam publicam, mali deniq; per publicæ iustitię signa·Dion quoq; Græcus scripsit/ imperãte Tito contigit/anno post Vesuuii incẽdium/nec multo ante eius mortem in urbe Roma ignem enim terra emittebat, quo Capitolium/cõpluraq; alia ædificia incensa fuerunt; ut in Nerone finis fuit cæsarum stirpis/

naturalisq; ac adoptiuæ, ita eius etiam ingentia apparuerunt signa: Liuia quum recens Augusto nupsisset, per Veientanam uillam suam eunti aquilam in gremium eius gallinam candidam in ore lauri habentem ramum demisit: in bonam partem augurio accepto quum curari diligenter gallinam iussisset/ magnus ex ea candidorum pullorũ numerus prouenit, plantatus quoq; lauri ramusculus ingens lauretum protulit: ex qua silua obseruatum postea fuit, ut triumphaturi laureum ramum sumerent, quem manu in thriumpho gestabant, peractoq; triumpho restitutus ramus plantaretur / radicesq; emitteret: illud quoq; notatum fuit/desiccatum eiusmodi ramusculum præsagium fuisse mortis illius / qui eum in trumpho gestasset. Cæterũ postremo Neronis anno ut propinqua eius mors/ cæsarum quoq; defutura soboles ostenderetur gallinarum candidarum stirps tota deperiit: præterea statuis cæsarum fulgure decussa fuerũt capita/ sceptrũq; de manu Augusti ereptum: Anno ante Neronis mortẽ/in agro Marrucino in possessionibus Vectii Marcelli / qui procurator Neronis erat, pratum / oliuetumq; loco motum uiam quæ uicina erat transiliuit/atq; ab alia uiæ parte constitit, ut a Nerone ad alios ostenderetur transiturum esse imperium: Anteq̃ Bebriacum haud longe a Brixello Otho/atq; Vitellius manum consererent/conspectæ sunt in cœlo inter se duæ aquilæ dimicare, earumq; uictricem a tertia quæ ab oriente ueniebat depelli: ita enim imperii sors ostensa fuit: siquidem uictorem in eo prelio Vitellium reuersus. Ab oriente Vespasianus superauit, in prodigiis parem Vespasiano Domitianum filium ponemus, quãuis moribus longe dispar esset: nam paulo ante eius mortem in capitolio cornix audita est græce loqui omnia bene erũt, sicuti uere fuit Domitiani superbiæ/& crudelitati / secutis Nerua/Traianoq; mansuetudine/clementiaq; insignibus: hoc facit ut minus uideatur mirum/ q̃ cõsulibus M. Lepido/& Q. Catulo in Ariminensi agro legitur esse gallus locutus: Non minus horrenda fuere prodigia quæ ante Titi mortem(is Domitiani frater fuit)apparuere, nam in Campania prope Vesuuium montem terra non sine ingenti hominum pauore tremuit, clareq; in cœlo/& in terra gigantum species/ac simulachra conspecta etiam interdiu usq; ad ipsam urbẽ fuere: Vesuuius quoq; post

eas res mirumimmodum ignes euomuit/ fauillis in urbem usq; penetrantibus: aer etiam per multos dies in noctis speciem caliginosus, & in fumo gigantum simulachra apparebant: tubarumq; sonus magno omnium terrore, ut Dion Græcus scriptum reliquit/ exaudiebatur: Vt ostenderet fortuna Antonii Pii in imperio fœlicitatem lętissimis signis id præmonstrare uisa est, nam in Cilicia a deorum simulachris sponte & sine ulla humana ope laurea in signum eius translata est, atq; in ipsius imperio uno partu mulier quinq; liberos enixa: In Misia quoq; in arborum cacuminibus ordeum natum, quattuorq; leones sponte sua mansuefacti ultro se compræhendi tulerunt: quæ omnia eo forte tetenderunt/ut Antonini in imperio forte fęlicitas/humanitasq; ostenderetur: sub eius uero exitu serpens crinita ingentis magnitudinis apparuit, quæ appræhensa mordicus cauda semetipsam supra dimidiam partem deuorauit: infans quoq; biceps natus est, ut ex iis ostenderetur ab Otho Antoninum consumptum iri, ac philosophum & uerum/ceu duo capita ei successuros paucis diebus antequã Pertinax imperator periret fertur dixisse se quum in uiuarium inspiceret in aqua umbram conspexisse/quæ stricto gladio mortem ei minabatur: Aureliano dum nasceretur fœlicia fuerunt prodigia/ in pelui enim in qua lauabatur sæpius serpens inuenta est in nodos euoluta/quæ nunquam occidi potuit, & aquila ex cunis leniter raptum in propinqua ara/quæ forte sine ignibus erat reposuit: in patris quoq; uillis natus est uitulus candore eximio insignis, in cuius latere purpureis maculis effigiata erat corona/ patre eius uiuo adhuc inope & priuato: hæc prodigia contigerunt, quæ Aurelianus parto postea per uirtutem imperio omnia uera effecit uirtutis / prodigiiq; (ac mortis similitudo suadent, ne Syracusani memoria obtenebretur: is quum post solis occasum iam lucem certam dies amisisset/ atq; in fine porticus in qua solus erat strepitum sensisset/ad strepitum conuersus ut inter tenebras poterat umbram fœmineam ingentem macilentãq; conspexit/furiarum infernarum effigiem formatam / quæ uerrere domũ uidebatur, quo prodigio territus / & natura minime timidus erat ingentem edidit clamorem, nec multo post huius simulachri aspectum a fenestris filius in terram se præcipitem dedit, & ipse crudelem im-

modum occisus fuit. Haud multo anteq̃ Henricus septimus imperator moreretur non sine uicecomitum gentis clade, ut Musatus scribit/ cui Franciscus Petrarcha astipulatur/ in area ædium Mathei Vicecomitis qui magni cognomentum meruit/post solis occasum quum iam aduesperasceret uisus est uir armatus in equo longe humana specie maior, ubi a multis conspectus per horæ spacium postea euanuit magno eorum qui rem uiderãt horrore, triduo quoq; post tertiam noctis horam eodem in loco duo equites pari specie diu inter se dimicãtes cõspecti fuere, qui postea ut ante alius solus euanuerũt: interdiu quoq; circularis species solis orbem ambire uisa est: Si capite circumfusus ignis Seruio Tullo regnum/ ac C. Mario uictoriam portendit: Non minus mirum sed fœlicitatis prodigium is ignis est habendus/ qui in linguarum speciem apostolorum capita circumfulsit, qui eorum cordibus charitatem/sapientiamq; eam infudit, qua totum terrarum orbem postea ad diuinum cultum incẽderunt. In Toletana ecclesia cũ Bambagoto ab archiepiscopo Quilico pro regni Hispaniensis dignitate ungeretur/ab iis qui aderant uisus est ab oleo quo ungebatur uapor clarus ad cęlum ascendere, & eandem sequi uiam quæ uertice ipsius egrediebatur flamma. Quum in oriente Valens Arrianus imperaret anno primo quo Gratianus imperaret in occidente gessit imperium, in Galliã scriptũ esse diem unum pluisse lana iuxta urbẽ Arras, prodigii interpræratione in ambiguo relicta utrũ per eam pluuiã Gratiani bonitas/ an Valẽtis pfidia declararet: id ꝙ postea detectũ est in Valẽtiniani fratris morte, ante quoq; q̃ scismatici tumultus inter Calistum secundum Bardinumq; orirentur / in Gallia in Leodiensi agro porcus capite effigieq; humana natus est: Anno quoq; salutis millesimo ac trecẽtesimo additis qndecim/in agro Veronensi equus similiter capite humano ortus est: Nonne illud quoq; mirum inter prodigia duci debet / quod anno salutis decimooctauo supra mille ducentosq;/ in Germania in pago Coloniensis agri qui Ledon dicitur uisum est quum in cœlo tres apparuere colore candido cruces/quarum quæ media erat christi crucifixi imaginẽ expræssam habebat. Portenta quoq; siue prodigia/siue miracula charitate alioquin carentes ex gratia gratis data uisi sunt edere, ut euangelium plane testatur/nonne in nomi

ne meo dęmonia eicimus: sed quanquam deus inferiora per superiores & secundas regit causas / præter tamen hunc ordinem multa quidem ædere poterit, hoc enim agens ex naturæ necessitate effectus sequi nisi alio medio non potest, unde agens non statim maxime uirtutis effectũ sed suæ tantum uirtuti conuenientem/in quo tamen minor q̃ in causa uirtus reperitur: sicq; permulta tendens media a causa supræma aliquis paruus prouenit effectus edere ualet, in agente autem ex uoluntate aliter, nam statim citra medium quemcumq; effectum qui alioquin suam uirtutem non excedit proferre poterit: deus autem ex uoluntate agit, ergo absq; secundis in inferiora poterit: illud autem animaduertendum ꝙ licet deus præter ordinem rebus constitutum aliquid interdum agit / nihil attamen contra naturam agit: omnia nanq; creata deo sicut operam artifici comparantur, non igitur contra artis rationem si aliter aliquid artifex in opere suo/ etiam post formam semel editam egerit, neq; si deus in rebus naturalibus aliter q̃ consuetus omnino cursus fuerit, ex quo diuus ille Aurelius inquit / deus omnium creator / & conditor nihil contra naturam peragit, quia id est rei cuiq; naturale quod agit, a quo omnis numerus est / ordoq; naturæ: hinc miracula dicuntur ea quæ diuinitus præter ordinem communem fiunt, horum tria sunt genera / primum quidem aliquid ex deo exit quod natura nunquam faceret / ut si cursum sol moretur, ut mare transeuntibus aperiatur / ac cedat: secundum quum aliquid deus quod natura potest / sed ordine quidem alio facit, uerbi gratia / opus est naturæ ut animal uiuat / uideat / & ambulet, sed ꝙ post mortem eadem peragat natura agere nequaquam potest: tertium genus quum deus agid quod naturæ uirtute facere consueuit / absq; tamen naturæ principiis / & auxilio, ueluti quum aliquis a morbo natura incurabili diuina uirtute curatur: & quum absq; nubibus/ac cœlo pluit sereno: sunt ostenta prodigiis / haud dubie agnata, hæc diuersa tamen, quia illa natura fiunt, hæc præter ordinem naturæ/accelerantq; euentum: siquæ tardius fiunt / prægnant nonunquam, ut rubus ille quem Moses uidit incombustum/ quum Batuelis oues pasceret; ut huius uirga quæ in draconem se se uertit/

prioremq; recipit formam, sed utrumq; misticum, longiusq; traxit euentum: Iam uero & illud tarde fuit significationis / siue ostentum dici oporteat/siue potius portentum quod Daniel est intuitus, quum Susis in Mesopotamia esset / subito/& horrendo terremotu in publico depræhensus in faciem concidit, hic cœlesti uoce iussus surgere/& cœlum intueri, conspicatus est arietem magnitudine immani plura habentem cornua/& in his eminentissimum unum quod extremo agnatum esset loco, inde hircus ab occasu per aerem delatus ab eo uisus qui arietem altero capitis impulsu strauit, stratum conculcauit, ingens præterea cornu ex hirci fronte eminens productum / quaternaq; illi cornua agnata in quattuor diuersas mundi plagas obseruata, & in his exiguum unum/quod dum oriretur redita uox est ex proximo id olim dei templum crematurum / trienniοq; sacra inhibiturum, per quæ diuino illo afflatus spiritu. Sic & illa Hierosolyma a Romanis excisa Titi Vespasiani ductu, sidus gladii figura in cœlo apparuit urbi ipsi imminens currus diuersis cœli regionibus uagantes obseruati, ut Iosephus/ & Egesippus memorant/& armatæ acies uisæ transnare nubila: hæc uoces ex tuba/hoc enim uerum cœli edictum / quo populus ille ad pœnitentiam reuocabatur, sed aut non credidit, aut cœcus / & pertinax, sed in minas contempsit: sed diuina illa inquam christiana religio / pietasq; (ut inquit Martius) superstitiosas illas priscorum Romanorum / aliarum cunctarumq; gentium circa prodigia / atq; etiam ostenta obseruationes / omnia ad diuinam prouidentiam pie / ac præclare referens: nanq; illa quæ uana uetustas superstitiose seruauit/ad diuinam prouidentiam refert piaq; uoce testantur sæpe sacræ litteræ / & sæpius ea repetita / ut silentio præterita/aut ignorata credi possint / aut parum: nam nihil certe supra / ut sacræ edocent litteræ/nihil infra fieri quod non dei optimi maximi numine fiat/aut permissu. Persici regni euersionem interpræatus/inclytam Alexandri uictoriam/ & impietatem regum qui ab eo fuerunt presagit: seruiebant Iudei seruitutem in assiria/ obtinebatq; Mesopotamiæ regnum Baltasar quum in regia domo manus repente extitit ex dealbato pariete / quæ hæc scripserit mane techel phares.

numerum scilicet/ pondus/& fragmentum id ostẽtum ꝙ significaret: omnium unus Daniel praeuidit/docuitq; eius regni excidium appropinquare: Iordanis Hysraelis progeniem postliminio reuersam in Palestinam transmissurus retro cursum auertit, ne fatalem genti impediret accessum; sol praeterea multo tardius solito occidit, ut Iosue speciosius uinceret: nullus dies Hisraelitis aut longior affulsit/aut lętior: uocet haec autem dubie ostenta diuinorum operum ignarus, sed miracula uerius dicenda sunt: haec diuinitatis opera/& non naturae sua lege aberrantis: sed nullus(ꝙ sciam)maius unquam in coelo apparuit ostentum/q̃ ꝙ citra naturae legem diem quo christus theanthropos in Iudea cruci est affixus/ sol a sexta die in hora ad Nonam obtenebratus est, stupuerunt miraculum sapientes naturalium rerum gnari: ex his Dionysius Areopagita qui ad tale ostentum exiluisse dicitur, atq; exterritus exclamasse/ aut mundus soluitur/aut deus naturae patitur: erat ut Mauritius princeps Gregorio pontifici infestus/ imminebatq; impius imperator pientissimo uiro capitaliter, caeterum obseruatus est/quidam omnibus ignotus monastico habitu strictum tenens gladium quem gladiatori statuae circumferens alta intonuit uoce Mauritium ferro periturum, abstinuit ille uim tali territus ostento, periit tamen nihilosetius: sacrae Aegyptiorum litterę significaruut bis solem occidisse ubi oritur, ac totidem ortum ubi occidit, quo nihil a naturae lege magis alienum esse potuit. Quum Darius rex Babylonem obsideret/uox hostis audita est ex murorum fastigio cauillantis, tum demũ Darium Babylone potiturum/ quum mula pareret/ tenuit inde obsidio annum & amplius, etiam desperato capiendae urbis caeteros subire coeperat; quum Zopyri mula enixa est (fuit Zopyrus Megabysi filius)qui cum Dario magos interfecit: editum est id ostentum, ac simul urbis Zopyri consilio/& arte capta est. Nulla unq̃ ciuitas plura uidit ostẽtã q̃ Romana, fuit enim omnium maxime etruscę superstitionis aemula; proditum est itaq; litteris bouem sub aratro locutum: puerum Semestrem in olitorio foro triũphum exclamasse: sereno dię tubarũ sonitũ e cęlo auditũ: L. Martio/& Sexto Iulio cõsulibus in agro Mutinẽsi duos inter se mõtes ex aduerso cõcurrisse ingenti crepitu assultantes, spectatũq; id ostentũ, siue quis portentũ malit appellare/ab

equitum Romanorum / uiatorum multitudine præcessit id ostentū non nihil sociale bellum: superat omnem admirationem ostentum q Licinio Crasso / & C. Cassio consulibus / ut in Romanis annalibus proditum est / Cassini contigit / ut ex uirgine quidam sub parentibus puer factus sit, hinc ætas illa adeo aduersata est / ut aruspicum iussu in desertam sit insulam deportatus: Mutianus ter consul prodidit uisum a se Argis Aristonem cui nomen Aritusæ fuerit, nupsisse etiam / moxq barbam illi uirilitatem prouenisse / duxisseq; demum uxorem: Idem auctor est / alterum a se puerum Smyrnæ uisum / qui pari forte ex fœmina mas repente euasisset: Par ostentum / & in Cossitio Eysdritano factum / qui nuptiarum die in matrem mutatus est: Multo fædiora hæc magisq; terrifica q̄ mulæ partus, aut Albani lacus subitum incremētum, aut q mare sub id tempus quo Dionysius tyrannus regno excedit, dulce sit factum & potabile in portu. Et si immensa dei maiestas in terdum uariis in rebus potentiæ ac uirtutis suæ magnitudinem ostendens / dum ea operatur quæ humanis ingeniis fieri posse non uidentur / in admirationem homines conuertit, & ab hoc eiusmodi res miraculorum nomen acceperunt, quibus cum christiana religio gratiæ plusq̄ aliæ assecuta ita abundarit / ut infinita sit eorum multitudo, si quis omnia compræhendere uelit præsens uolumen in magnitudinem augere uelle uidebitur, atq; aut de alia rescribere nolle, aut in eo laborare, ut Oceani aquas quæ mensuram non patiuntur paruo uasculo compræhendat: quamobrem ex omnibus quæ nobis historia offert / electis præstantioribus tam ex nostris q̄ ex peregrinis / alia / ceu rem infinitam omittemus, plus rerum similitudinem q̄ tempora quibus ea contigerunt sequentes: Eo prælio quo Thimoteum Anthiochi Eupatris Syriæ regis ducem Iudas Machabeus uicit / quinque in equis ornati aureis armis apparuere, e quibus duo Machabeum defendebant / ne in medio prælio uulneraretur, tres autem alii ante primam aciem acriter hostes inuadebant: Item alio prælio quo Iudei contra Lysiam dimicauerunt / in quo magna hominum strages facta fuit: procedere in aere duos equites uidere armis aureis / & candidissimis equis insignes nō minore fęlicitate pro Iudeis / q̄ Castorē / Pollucēq apud Regillū lacū aduersus Tusculanos pugnare.

Theoderico Ostrogotorum regi cęnanti, quum caput piscis esset horrẽdum in illo uisum Symmachi / quẽ cum Boetio occiderat/faciẽ aiũt quæ labro inferiori mordicus appręhenso toruis illi oculis minitaretur, eoq; consternatum pauore in ualitudinem incidisse, confessusq; leuitatem suam, ꝙ pontificem sanctum/& cum eo pręstãtissimos uiros Romanos Symmachum/& Boetium occidisset/paulopost expirauit. Arion Methymneus musicus quum ad Siciliam/Italiamq; nauigasset / parta ingenti pecunia e Tharento uoluit Corinthum reuerti, nauigium igitur Corinthiorum conduxit, nauigansq; quum nosset nautas insidiari, pecunias illis obtulit / modo mortem deprecaretur, non exoratis exorauit ut saltem aliquantulum canere liceret, nam aut uolebant manus Arioni præcidere/aut in mare deicere, incępisse igitur orchium cantum in puppi, atq; in eodem cantato prosiliuisse/exceptumq; a delphino Corinthum appulsum, eo quum nefarii nautæ uenissent, uocati apud Peryãdrum/qui Arionem occultum tenebat, ac rogati num quippiam de Arione sciret / dixit illum sospitem Tharenti reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo prosiluisset habitu, eosq; conuictos supplitio affecisse. Quum Locrenses aduersus Crothoniatas dimicarent/in Locrensium acie perspecti sunt in candidissimis equis duo iuuenes alios in prælio antecedere, partaq; uictoria nusq̃ postea uisi: quæ uictoria eodem momento quo parta fuit Athenis Lacedæmone/atq; Corinthi: & si a Locris/atq; Crothonea loca plurimũ distant declarata fuit, non ceu rem dubiam/sed tanquam præsentem sacerdos Cornelius uir integerrimæ uitæ / Pharsalicum prælium / & quo modo utraq; moueretur acies: ac demum Pompei magni fuga/ narrauit Patauii iis qui circumstabant eadem die horaq; qua postea cognitum est prælium fuisse commissum / si res quæ longe aberant ii de quibus scriptum est/tam præsentes perspexisse uidentur: id quod profecto admiratione dignum est/ non minus mirabimur Vespasianũ quum Alexandriæ in Aegyptii Serapidis tẽplum solus innuisset, oblatũ Basilidem Aegyptium/qui æger longe aberat/flores/coronasq; q̃bus deum uenerarēt porrexisse: admirationẽ quoq; ędes illę Athenis meruere: de q̃bus Plinius in epi. scribit, in q̃bus nocte umbra ingẽs/ac macilẽta cathenaꝝ stridore ędes ipsas quibus iuncta uidebatur reple-

bat, ob quam rem cum habitare eas nullus auderet/ ad exiguum prętium redacta erat: itaq; cum Athenedorus philosophus Athenas profectus/ allectus pretii uilitate/ plus q̃ terrere eiusmodi posset phantasma domũ conduxit, perspectaq; audacter umbra/ tã per ædes secutus ubi uidit ꝙ apparere desiuerat humum effodit, illicq; corpus cathenatum umbrę simili quæ apparuerat inuenit, itaq; sublato cadauere horrore ædes liberauit: in eodẽ ponemus ordine Phalerii casum/ qui desperata salute in apostematis morbo/ quo die laborauit, quia in medicis opem nullam inueniebat, in prelium ad comparandam mortem/ ut ita morbi molestiam finiret descendit, uulnereq; in aduersum pectus accepto/ quo apostema uires suas effudit, salutem quã antea neq; medici/ neq; coꝝ remedia præstare potuerant/ ab hoste rettulit. Androdus Dacus seruus introductus ad pugnam cum leone mirę magnitudinis/ sæuitiæq; nihil ab eo damni perpessus est, admirantibus omnibus perductus ad Cæsarem rem huiusmodi narrat, quum prouinciiam nquit Aphricam proconsulari potestate dominus meus obtineret, ego iniquis/ & quotidianis eius uerberibus ad fugã sum coactus, & ut mihi a domino terræ illius pręside tutiores latebre forent in solitudinem concessi, tum sole flagrãte specum ingredior, nec multo post eodem uenit hic leo uno & cruento pede dolorem/ cruciatumq; ostendens, expaui ego primum, sed postq̃ leo ingressus me uidit delitescentem/ mitis ad me accessit, pedemq; ostendens/ opem petere uidebatur, ibi ego stipitem e pede illius reuelli/ saniemq; exprę ssi: ille mea opera leuatus pede in manibus meis imposito recubuit, trienniοq; una uiximus, carnes quas afferebat in sole torrens: sed uitæ ferinæ pertesus tridui uiam permensus/ a militibus captus, Romam ad dominum adductus sum/ atq; expositus: intelligo igitur leoni beneficii gratiam referre. Quum leo ferus ruptis uinculis in Diadumeni incunabula irrupisset/ morsu nutrice occisa/ Diadumenum puerum linxit: Et Mydę Phrygiæ regis in cunis agẽtes formicæ tritici grana in os attulerũt: & Platoni apes mella: Anagniæ terram ante portam fulmine ictam die/ ac nocte sine ullo alimẽto exarsisse: M. Marcello/ & P. Sulpitio proconss. puerum natũ capite elephantino: & paulo anteq̃ Hierosolymæ euerterentur/ in festo azimoꝝ bos quæ ad hostiam ducebatur/ agnum

in medio phani peperit.& in Capitolii ædificatione in profundis fundamentis a Tarquinio inuentũ est caput hominis nuper occisi/ ac uiuo assimilis/sanguinemq; e capite fluentem calidum adhuc: non minore admiratione antea Iosue cum uniuerso exercitu siccis uestigiis Iordanem amnẽ traiecerat: & eodẽ modo Helyas / Helyseus/ ac Moses mare rubrum,q; eiusmodi hominum uirtuti id elementum contra naturæ iura parabat:adeo enim deus iis qui ipsum diligunt/atq; ei fidelem operam nauant/uires suas impartitur, ut ipsis cęlum aquas/ac terram subiiciat:in eo tantum homini hæc non parent,quantum ipse deo non paruisse inuenitur:sicuti Iosue quoq; tunc ostendit/cum con iectos in fugam hostes Cananeos / ne ad plenã uictoriam tẽpus deesset,soli ne ad occasum tenderet/ nisi parta uictoria imperauit, solq; ei paruit:Mosis etiã simplici imperio terra tremuit,atq; Nathan/ & Abi ron absorsit: Heliæq; uerbis e cęlo ignis descendit/qui sacrificium cõbussit: deinde cum Abochoziœ militibus queretetur/cœlesti igne om nes absorti fuere:in Helisei quoq; uerbo oleum/& farina uidua cũ ualida fames regionem urgeret non destituit: Item Syriorũ exercitus ceu lumine captus ab eodem quo ipse uoluit fuit perductus:hoc etiam cũ Aesculapii uiuente serpente/qui urbem Romam peste liberauit,conferre/præponereq; possumus. Mosis enim serpens/qui æneus erat tan tum conspectus/uenenosis morsibus salutaris erat: Cæterũ ut nimis la to campo frena currenti equo cohibeamus / cursumq; temperemus, cui impares uires nostræ sunt:huius generis exemplorũ relicta maiori parte/quæ in ipsorũ historiis quęsita non nimis habent admirationis: ad alia stilum nostrum uertamus:inter miranda illud quoq; cõmemorandum est, q; in Babilonis regione in urbe Seleucia contigit, imperante M.Antonio/in templo enim Apollinis fracta capsula aurea auiditate quorundam Auidii Cassii militum / egressus est pestilens spiritus/qui totam regionem illam peste uastauit,uisq; eius Romam usq; atq; in occidentem se ostendit:permittit nonnũq̃ imortalis deus/quãq̃ occultis/iustis tamẽ causis miranda fieri etiam ab iis/ qui inter seruos eius non sunt, annumerandi, quæ ipsa a fidelibus petita inpetrari non potuerũt: quæ re iccirco ut de catholica fide male sentiat,& a recta semita aberret/neminem mouere debet: Quoniam uero supernaturalibus tan-

ralibus tantum causis & corporibus mira quædam substantiis separa
tis edere concessum narrauit, uidendumq; nam aut quomodo huiu-
scemodi sint causæ/uirtutesq; rerum quoddam agens tantum / ac moués
est ut ipse deus, quoddam motum tantum & actum ut materia pri-
ma, aliquod uero utrūq; mouens/& motum siue agens & patiens/ ut
quicquid ex actu & potétia/corporeaq; simul & incorporea natura cō-
sistit, quanq̄ in corporibus actionem quidam ueterum negauere: ut
Anicebron in libro fontis uitæ probare nititur, quéadmodum quę cor
poris actiones esse uidentur eiusdem spiritales uirtutes per omnia pe-
netrantes corpora existunt / ita q; ignis nequaq̄ ipse sed uirtus spiri-
talis per eam penetrans calefaciat, quæ quidem sententia opinioni fe-
re Platonicæ similis uidebaẗ, quæ formas ponebat in materia existē-
tes a formis separatis/& uniuersalibus prouenire / earumq; participes
esse: tertia Democriti fuit/ qui actionem per atomorum inflexionem in
corpore, receptionem uero earūdem in poris corporeis passionem exi-
stimabat/qui omnes errrare proculdubio sunt uisi: agit profecto cor-
pus ut est actum in aliud ité corpus ut est potentia quéadmodū ignis
in susceptam materię uim / actionemq; suā palam ostendit: quod aūt
Augustinus ait quoddam esse patiens tantum, ut corpus quoddam
utrūq;/ut substantiæ separatæ/de tota simul corporea materia sane in
tellligi uoluit/quæ nullam infra se naturam inq̄ agat, quemadmodū
natura spiritalis in corpus & minime creata habere uidetur, est atta-
men unum corpus infra alterum qua est in potentia/ad quod in actu
aliquid habet: has enim agendi/patiendiq; uires semina rerum in corpo-
reis mundi huius elementis esse dicimus, quas multiplici quidé pos-
sumus ordine considerare, primo quidem (ut Augustinus in genesim
ait/in uerbo ut rationes ideales/ siue causales/aut exemplaria/seu cau-
sas exemplares: his enim modis omnibus uocantur a corporibus qui-
dem ipsis omnino disiunctas, de quibus idem libro. lxxxiii. questio-
num/tanta uis inquit in ideis est ut nisi his intellectis sapiens esse nō
possit: in eodem rursus/ideæ sunt principales quædam formæ/ uel ra-
tiones rerum stabiles/& æternę / quæ diuina intelligentia continētur:
& quum ipsæ non oriantur/ neq; intereant secundum eos tamen om-
ne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit formari

dicitur, quæ quanq̃ plures/ſimplicitati tamen diuinæ minime pugnare uidentur ꝙ in una ſint eſſentia, quæ cum rerum ſimilitudo exiſtat/ nihil aliud ideę q̃ eius eſſentia ſunt / humanus has imitaẗ intellectus: nam & opus artifex prius mẽte ordinatum / atq; abſolutum ea forma qua poſt edit retinere/cõſpicereq; ſolet: Plato primus harũ inuentor in hoc accuſatus ꝙ eas non intellectu/ſed per ſe ſubſiſtẽs poſuerit/materiæ ſpeciem non poſuit, qđ increatum uti palam aiunt tantũq; ideis concreatam exiſtimauerit: Accidentia item præteriit/qđ in ſuppoſitis inſeparabilia cõpræhenderetur: non etiam genus aliam aſpectu ideã habere qđ in aliqua tantum genus ſpecie fiat, non deniq; ſingularia/ quod naturæ ius in ſpecie conſiſtet: neq; enim indiuidua niſi ut in eis ſpecies cõſeruaretur edita: nos autem in deo non ſolum ſpecierum/ſed ſingularium omnium ideas comprehendi, qđ ſingula prouidentia cõplectatur omnino credimus: Auguſtinus in libro ſupradicto/ſingula inquit / a deo propriis rationibus creata: Conuenit alioquin nobiſcum Plato/ꝙ eas cognitionis / deinde generationis rerum principium fecerit, utroq; nanq; modo & illæ in mente exercentur diuina, cognoſcendi primum per ſcientiam ſpeculatiuam, deinde rerum creationis exordia per cognitionem practicam tribuendo: ſed hæc nimis forte digreſſus, nunc ad inſtitutum ſupra de iuribus naturalium reuertor: Secundo loco/uires huiuſcemodi in mundi elementis ſicut in uniuerſalibus conditæ / ac cum ipſis corporibus coniunctæ intelliguntur, quas Auguſtinus in .xiii. de ciuitate ſeminales uocat rationes: Tertio in ſingularibus cauſis/ ut in hoc uel illo animali / uel planta: Quarto demum in ipſis animalium/& plantarum ſeminibus, quæ uim admodum occultam ad fœtus queq; ſuos pariendos retinent: his itaq; ſic repetitis angelos dicimus / præter rationes illas ideales, ꝙ principium ſit omnino ſeparatum mira nequaq̃ oſtendere: ſimiliter nec præter paſſiuas uirtutes rebus inſitas, uerbi gratia/ ꝙ ignis frigidus exiſtat/aut ex homine beſtia & ex mortuo uiuum reddere: poterunt autem p̃ter uirtutes actiuas/ & potentias ad eaſdem recipiendum aptas, ut Pharaonis uirgam in ſerpentẽ citra conſuetum generationis modum demones facile conuertere, ꝙ ex materiæ ſimilis tabefactione nonnulla naſci uidemus animalia: pari etiam modo quũ hominis phantaſiam

& effectus quosdã patrãdos de loco mutãt rationibus dicunť femina libus/& natu eã ad hoc uti corporea, ut in tertio de trinitate scribit Augustinus/siquidẽ magicas(ut illustres theologi edixere) artes qbus & ꝓdigia fiũt ad itellectuales ptinet substãtias / & has qdẽ malas/ut sũt q uocanť dęmones/ꝙ & furta/& adulteria/ & uitia multa q̃ malignoꝝ sunt spirituũ patianť, signũ ꝙ in his quasdã edũt uoces/quę ad intellectũ aliquẽ dirigunť: nã & inuocatiõibus/supplicatiõibus/sacrificiis/ demũ impiis quasi alteꝝ alloquẽtes, utunť & caracteribus qbusdã/ & figuris/ut alicui mẽti exhibentes: nõnulli has artes ex cęlestiũ esse corporũ uirtute affirmauere: sed quũ minime ex aliqbus corporis principiis intellectus originẽ habere ualeat/sicuti supra cũ intellectu / & aĩa disserui satis ostẽdi, effectus quoq; q ꝓprii naturę itellectualis existũt ex eorundẽ corporũ cœlestiũ uirtute ꝓuenire nõ poterũt: nec tñ oĩno negandũ/qn cęlestiũ sideꝝ aliquatenus uiribus iuuenť, sed eos tñ effectus qui corporũ taliũ uirtute aliqua inferiora corpora gignere ualeãt, nõ aũt ut inanimatũ sicuti statua ex se moueať/aut loquať (qd p magicã fieri diciť: palã igiť ꝙ huius quãq; artis figuris ad effectus aliquos pariẽdos utunť, nõ tñ ex aliquo agẽte per materiã / sed ex substãtia itellectuali ui habẽt: ex hoc itaq; illa Hermetis Trimegistri sequiť thesis/qui ut in libro.vii.de ciuitate Augustinus refert, sicuti deus ait/ deoꝝ cęlestiũ est auctor/ita homo deoꝝ qui in tẽplis existũt factus est humana ꝓpinquitate familiaris/statuas dico animatas sensu/ac spiritu plenas/futuroꝝ pscias somnoꝝ interpretes factitando, quę quidẽ opinio diuina refelliť auctoritate, Simulachra gẽtiũ argentũ & aurum opera manuũ hominũ: sed & magicam magorũq; statuas Porphyrius usq; in epistola ad Anebotẽ exagitat: quidã inqt esse quoddã spirituũ genus opinanť/cui magos exaudire sit ꝓpriũ natura fallax oĩformę, simulans deos/ac dęmones/& animas defunctoꝝ, & ea quę bona malaq; uidentur efficere, sed eã uere bona nequaq̃/potius aũt nocere/maleq; cõsulere/ac uirtute studiosis inuidere/ac officere: pterea temeritatis/ac fastus refertũ esse, gaudere insup odoribus/ adulationeq; omni uehemẽter capi: hæc quidẽ Porphyrii uerba/dęmonũ iniqtatẽ satis in hoc genere declarãt/tantũ refellẽdus, qd uitiũ huiusceemodi naturaliter eis insitũ dicit; natura oĩs bona est: Item uidit deus oĩa quę fecer

rat & erãt ualde bona: Augustinus in iii de trinitate/ dæmones inqt/ corpora mutare uariis possunt modis, sed eo⁊ motus a deo est: Idẽ in ii de doctrina xpiana docet queadmodũ magico⁊ actuũ uolumina/& remedia quę medico⁊ quoq; disciplina condẽnat/siue pcibus/siue uotis qbusdam quæ caracteres uocãt/ aut in rebus qbusdam suscipiẽdis oino ad supstitionẽ ptinere, at si res forsan naturales ad aliquos edendos effectus/ad quos naturalẽ putãt habere uirtutẽ: adhibeãt ut sunt corallia/gẽmeq; nõnullę supstitio nõ erit: si uero caracteres aliq/uel certa nomina/uel alię quęcũq; obseruationes / quas in cõfesso est nullam habere uirtutẽ oino supstitiosum: nõ enim corporũ artificialiũ/sed naturaliũ formæ substãtiales uirtutẽ ex deo per cęlestiũ corpo⁊ impssionem consequũtur: Hoc in Hadriano perspectũ est, nã quũ ei grauiter laboranti mulier quędã diceret per qetem a diis se monitã ut eũ hortaretur ne sicut morbi tedio uidebaẽ constituisse se occideret, qm breui ualitudinẽ recepturus esset, mulier ipsa quia principis ualitudo in tẽpore dictis nõ respõdebat se execrauit, denuo etiã monita ut Adriani genua oscularet/& aqua quæ in tẽplo erat oculos lauaret, monita per quietẽ secuta uisum statim recæpit: similiter quidã a natiuitate cæcus e Pãnonia pfectus tacto Adriano oculo⁊ lumẽ assecutus est, & Adrianus ad pristinã bonã ualitudinẽ restitutus. Solẽt philosophi quidam/ nõnulli etiã hæbrei adeo pertinaciter negare fieri posse, ut qui mortui sunt amplius reuiuiscãt, q in miraculo⁊ numerũ deduxi/ omissis naturalibus rationibus tanq ad hãc rẽ parũ facientibus experimẽta scribere eo⁊ quæ in hac parte uisa sunt: neq; eos uero commemorauerim/ quo Helyas/ac christus humani generis redemptor / uitæq; ipsius dator/aut eius apostoli/sancti ue alii uiri iã mortuos ad uitã reuocarunt, quo⁊ ingens numerus satis in historiis celeber habeẽ, In quibus diuinum numen uim suam ostẽdisse palã est; de eis aliquantum faciemus mentionẽ, qui sponte ad uitã redierũt/ut deuicti qui resurrectionẽ credere nolunt; tandẽ cognoscant cõtra experimentũ argumentis locum non esse; siquidem res nulla experimẽto/aut certior/aut uerior est; & si neq; inter eos ponere illum possemus/qui in uia a latronibus occisus/ in Helysei tumulũ proiectus ut celaretur reuixit, uisa in eo enim plus prophetæ uirtus/qui alia res ualuisse, tamen eo ommisso de aliis scri

bemus: Varro antiquus auctor/& doctrinæ plenus affirmat quendã ad tumulũ elatũ/pedibus suis domũ rediisse: ideq; Aquini aliũ fecisse: Heraclites aũt fœminã narrat post septimã diẽ qua decesserat/ad uitam rediisse: Magis enim mirꝝ illud fuit/ꝙ duobus fratribus equitib9 Romanis euenit/ex qbus maior natu nomine Corfidius, quũ ab oib9 pro mortuo haberet̃/& iã tabulæ testamẽti recitarent̃/quo alterꝝ fratrem instituebat, in medio funebris apparatus in pedes magna se lætitia erexit/dicẽs se apud fratrẽ fuisse/qui filiã ei cõmendauerat/& ostẽdit ubi certã uim auri sub terra conditã haberet, & sepulturę exequias ex funerali apparatu facto celebraret, quo hęc dicente magna eorꝝ qui aderant admiratione/allatum de morte fratris nunciũ fuit, & aurum ubi dixerat inuentum: Qui inumera/mirandaq; a te gesta paruo uolumine collecturum se arbitraret̃. O generis humani saluator/ęque graue opus aggrederetur/ac si in cæca nocte paruula candela fulgẽtes solis radios repræsentare/aut stellarꝝ numerꝝ/qui infinitus finito uellet numero recensere: quãobrẽ quũ illustrationi tuæ sine alia ope satis tibi sit ꝓpria luce tua, qui nobis & lucis/& uitę causa es, tãq̃ a re quę nimium uires, & quæ quũ diuina sit/semper eni uenerationis/timorisq; ꝑfatione nominanda est, stilũ a materia de te scribendi cohibebimus: neq; enim decet admirari rerum tuarꝝ maiestatem/uel inficere/uel minuere hominũ qui serui tui sunt societate, quũ creaturæ nequaq̃ idoneus sit locus ubi creator est: tuarꝝ igitur rerꝝ diuinitatẽ uenerabundi religioso silẽtio ꝑteribimus, ut æquũ est eam adorantes: neq; uero quũ diuinitati quæ tecũ coniuncta est, res ulla non modo impossibilis/sed ne difficilis quidẽ sit quicqd a te gestũ fuit, quãq̃ hominibus mirũ uideri possit, haud scio an satis recte miraculũ nuncupari debeat: cæterꝝ qm̃ cępimus in mortuis qui apud ueteres resurrexerunt, ad recẽtiores manum ponẽtes/qui ipsi quoq; resurrexerũt aliquid attingemus: Reparati de quo Grægorius scribit/casus similis Enarcho fuit, de quo superius est dictum, is rigens/frigidusq; pro mortuo a suis cõclamatus/statim ad uitam reuersus misit ad Laurentii in Damaso phanum/in urbe Roma/qui sciscitaretur de Tyburtio sacerdote quidnam esset: atq; interim dum nuncius reuerteretur/narrauit illum a se esse uisum in inferno magnis ignibus cruciari, reuerso autem nuncio qui ea ipsa

hora mortuum esse Tyburtium affirmauit, Reparatus quoq; statim mortuus est: Interdum spiritus humanis corporibus inclusi manent: cæteru motus oculi sunt, deuictiq; sensus adeo ut uiuant, ne an non eiusmodi corpora non facile intelligantur: hoc facit ut nõnunq̃ a mortuis suscitati esse dicantur/qui uere nondum perierant, sicuti experimento cognitum est, quum sepulti sunt aliqui/quos postea euidenter cognitum est adhuc uiuos fuisse, ex quibus nonnulli miranda narrãtes uidentur illic fuisse ubi nunq̃ fuerunt, sed eorũ spiritus in seipsum collectus ea compræhẽdit/ ac uidet quæ bene habens in uaria abstractis cogitationibus propter corporeum uisum non cognoscit: quemadmodum Aurelius de Curina se uidisse testatur: hic Pagi incola erat in Aphrica agri Hypponensis, qui quum in aduersam ualitudinem incidisset/ab omnibus pene pro mortuo habebatur, quum amissis sensibus nullo nutrimento aleretur / in hoc statu quũ aliquot dies fuisset/ id solum ne sepeliretur propinquos retinebat q; aliquantisper per nares in eo reciprocare anima uidebatur: cæterum quum postea omnes eum decessisse arbitrarentur repente apertis oculis dixit/ut statim aliquis ad Curinam ferrarium fabrum qui uicinus erat uisum quid ageret properaret, & quũ ea ipsa hora mortuuum eum nunciaretur/affirmauit se coram iudice quodam ductum, qui uehementer eos spiritus increpuerat/a quibus ipse erat deductus, quoniam Curinam fabrum ferrarium & non se uolebat, ob eamq; causam se uitæ restitutũ/ in hac extasi uisum a se paradisũ / multaq; alia narrabat: atq; inter alia Hyppone ab Augustino se baptizatum/ac monitum ut ita faceret, quoniã qd tunc uidebatur factum uisio erat: bonæ igitur ualetudini restitutus monita impleuit: miraculo a falso crimine liberatus. Damascenus propter rei similitudinem secũ trahit qd Spiridioni Salaminio episcopo in Insula Cypro contigit, a quo quũ pecunia reposceretur/ quæ penes eius filium Yrenem uirginem deposita dicebatur/cuius monẽs uirgo nullã fecerat mentionem cum episcopo soluẽdi modum inopia non daret, & alia ratio inueniendæ ueritatis non offerretur / creditorẽ episcopus secum ad sepulturæ locum ubi filia Yren erat sita perduxit: filiæ igitur tumulo incumbens/ac deum orans ab ea petiit ut de petita pecunia ueritatem detegeret: itaq; Yrenis uox palam audita est ref

pondentis ubi eam pecuniam condidisset, quęsitaque eo ipso in loco quem dixerat inuenta est. Non possunt autem humana ingenia tam alte efferri/ut uere eiusmodi causas intelligant: itaque propter hoc experimentis stare cogimur, sicut in iisdem quibus scriptum est: Apud eum accusatus fuerat Amphilotius tribunus quod in eius uitam conspirasset, accusatoribus autem responderat Constantius ne molesti ei essent postquam res non constabat / sed finerent ut conscientia sua tribunus torqueretur, se enim pręsente si in eo culpa esset ipsos signa aperta uisuros esse: postero igitur die quum ludos spectaret/ & pre letitia inter spectãtes fieret motus, suggestum in quo e regione Constantii tribunus erat/ad terram proruit, læsisque leuiter qui in eo erant solus tribunus in ea ruina periisse inuentus est. Tanquam rem miram antiqui scripsere: incenso Saliorum sacrario omnia quæ in eo erant combusta fuisse, excæpta Romuli uirga, item Seruii Tulli / & Claudiæ statuas incolumes locis suis mansisse / templis in quibus erant incensis: nec satis cogitarunt inueniri quædam lignorum genera quæ igne corrumpi nequeunt, sicuti hebenus est/& alia eiusmodi naturam habẽtia. Et Coptus in Aegypto monachus recte de catholica fide sentiẽs quum de fidei christianę articulis cum Manicheo monacho uiro pertinacissimo contenderet, ut re aliqua mira ea probaret quæ uerbo dixerat / medios ignes ingressus in eis horæ dimidium permansit, non incolumis modo/sed ne minima quidem læsa capillorum parte. In uilla quoque Gallica ad amnem Marnam tactum de cœlo templum succẽsum est cum omnibus quæ in eo erãt, solaque christiana hostia quæ asseruari in templo solet/eã uim nõ passa est. Maurus quoque monachus ut cuidam qui mergebatur abbatis sui Benedicti imperio opem ferret / magnũ spacium super aquas in quodã lacu ambulauit, pereuntemque seruauit: Facile omnia credere non oportet, quæ miraculi faciem habere aut dicuntur/aut scribuntur: nam sub eiusmodi nomine sæpe hominum mentes falluntur: contra quoque haud prorsus pertinaces se præbere homines debent, ut ea siue recentia/siue uetera sint / quæ uniuersalis ecclesia probauit non credant; nam & si crimina quibus immensum est humanum genus tantũ munus mereri nõ uidentur extincta in humanis cordibus charitate; tamen meminisse

oportet a saluatore dictũ esse/infirmis/& non ualentibus medico opus esse: itaq; credendum est pro bonitate immortalem deum non desinere hoc medelæ genus ad calefaciẽda mortalium corda mittere: prudẽtia ergo opus est/ut neq; credamus miracula omnia/neq; negemus/sed cum ratione fidem dispensemus. Salutis anno ducentesimo nonagesimo supra mille/in Parrisiorum urbe / quidam Iudeus per inopem mulierculam cui uestem quam ab eo pignoratam habebat / se gratis restituiturum promiserat, christianam hostiam in pascate assecutus, eum accenso igne in sartagine uellet assare/ ut perspexit eam non mutare formam/nec colorem gladio eam pupugit, ex qua confestim sanguis manauit: re autem detecta superuenientibus christianis hostia in loco ei dicato restituta Iudei domus in templum conuersa est, quæ etiã nũc bullientis saluatoris nuncupat̃ nomine, ubi hostia/gladiusq; etiam nunc ostenduntur: mirandi sanguinis mentio quæ superius est facta impellit ne sanguinem prætereamus Gennarii martyris, qui Beneuentanus episcopus fuit, Neapoli pro christi fide capite mulctatus: diuersis igitur templis conditũ caput/sanguisq; eius ampulla conclusus quo die per urbem solemniter feruntur, sanguis qui in pilã induruit/ quum caput incidit/mirum dictu/sed ẽi uerum est, liquescit totus in ampulla non aliter q̃ tum quum primum cæso capite disiungitur, in sphericam formam ut antea erat durescit: id & si satis patet/ nos tamen conspeximus. Ostenti quoq; loco habitum est/q a uirginis partu trecentesimo quartodecimo supra mille, quũ in Germania Lucenburgensis Henricus imperaret, Margarita Olandræ comes / qua parte Rhenus Oceanum illabitur/trecentos & sexaginta filios uiuos/ ita ut baptismi caracterem acciperent uno partu edidit. Nonne etiam mirum fuit Antoniam Drusi per omnem uitam nunq̃ spuisse. Gigantum imensa magnitudo/sicuti ratione probari non potest, ita etiã perpauci sunt qui eam credant fabulosam rem existimantes in gẽtilibus scripturis: tamẽ in Tinge Mauritaniæ urbe a Sertorio apertum fuisse sepulchrum /quod Anthei esse putabatur, in quo corpus humanum fuit inuentum qd dimensus sexaginta cubitos impleuit, qd Strabo & Plutarchus affirmãt. Regnãte Carolo septimo Gallorum rege/ i mõtana Narbonensis Gallię parte iuxta Valentiam urbem Rhodanus sepul

chrum detexit, cuius magnitudo permultos ad eam rem uisendā per-
traxit, aperto enim tumulo inuenta sunt in eo hominis ossa, cuius di-
mensio triginta pedes impleuit: & in annalibus pro re certa scriptum
erat. In urbe Roma Pallātis corpus inuentū fuisse / altitudineq; urbis
Romæ muros excedebat, Henrico secūdo qui Cōrradi filius fuit / im-
perante, imperii eius quartodecimo: & multi putarūt nō posse fieri in
castoreo duas esse naturas, qd etiā uix creditū est: lutræ enim illud ani
mal psimile est / nisi q̄ posteriores pedes anseris uident / & cauda in pi
scem desinit / squamosa tota, quanq̄ reliquæ corporis partes uillis ue-
stiantur / caudā aūt quantū fieri potest humidis locis declinat, utpote
magis piscibus congruentes. Quippe ut Aurelius disseruit / sicut non
fuit deo impossibile quas uoluit instituere, sic ei nō est impossibile ut
quicquid uoluerit naturam mutare: cuncti inquit omnes ammirari /
& alta montiū / & ingētes fluctus maris / & latissimos lapsus fluminū /
& Oceani ambitū / & girosidaș; relinquūt se ipsos nec mirantur: nam
& omni miraculo quo fit / maius miraculum est homo: Hinc Maro /
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ: Nam ille operū custos
illum admirantur / & omnes circūstant. Et diuus Hieronymus pro-
phetę inquit / & uirtutes peragere / & dæmonia eicere, interdum nō est
meriti qui operatur, sed uel inuocatio christi hæc agit / uel ob condem-
nationem eorum qui inuocant / uel cōmoditate qui cōspiciunt / & au-
diunt: Hinc illud Lucretii / Nil adeo magnū / neq; tā mirabile quicq̄
q̄ non paulatim minuantur / mirantur omnes: Hinc rursus Aurelius /
quicquid dicitur mirabile fit, in hoc terraș orbe, profecto minus est
q̄ omnis orbis ipse / idest cœlum / & tellus / & cuncta quæ perspiciun-
tur, quæ sane deus ille summus parens omnium cuncta peregit: nam
omniū miraculo quo fit per hominē maius miraculū est / ad piaculū
mortalis ipse, quis igit miracula uisibiliū naturaș cōspiciēdi / cernēdi
ac uidēdi assiduitate uilescant, tn̄ ea cū sapiēter / pruděterq; intuemur
inusitatissimis rarisq; maiora sunt, te inq̄ christe ppitiator / mortaliūq;
opifex / atq; ppitiabilis opitulans te aggrediar / undequaq; extollēdus /
collaudādus / pconizandus / ptōne / uoceq; decantandus / atq; exorādus;
nec in tuæ excelsitudinis / & maiestatis / imperiiq; magnitudinē pferē-
dam; illā inq̄ magnitudinē / lepidas / canorasq; / menoñies proles / quas

poetę edixere Pegaseo irrigamine/toties euocādas ꝑ lites pcenseo , nec poetaꝝ figmēta coturnato more grabellū Apollinē ipsum humani generis hostē barbito/musas/ꝓsalterias deluentē / uel rubicundū Bachū hederaꝝ sertis lineas oblutātis affrenātē:uiros inq̄ oī obsceno obrutos/ aut Mercuriū Palestritas incitantes ad antiloquia(ut prisci effinxere) Mineruā uerecūdo pudore ciebo retinentē:sed tui ꝑsidio/ auspicio ineffabile inq̄ auxiliū , tuā inq̄ incomꝑhēsibilē diuinitatē mihi se ostendet/ac ꝑstet obsequibilē:quis inq̄ tuo annixus hospitio cūcta q̄uis ardua leniter nō assequat᷑,mōtosa/ horridosq; fluctus fęlici faustu nō superet,hostilia ꝓsperiter nō expugnet,cū tuas mistas scaturienti iugiter lorices munificentia/ut aduersus oēs erūnas/lemęq;/ac calamitatis machinā cōspiranter militāt/atq; trophea exequant᷑ : tu nāq; cœlestiū oium origo/ac parens orbis/imperii ꝑuigil/ꝓtector/a te ꝓcreata/deducta tuo diuino numine cōseruas,te diuini illi spiritus/superniq; colūt/ uenerant᷑ sidera/uterq; cōclamat polus,tuo nutu celoꝝ rotant᷑ uertigines solis/in se uertunt᷑ reciꝓcationes/lunaria / instaurant᷑ detrimenta zodiaci mutuo nexu colligata,reducunt᷑ inuitamēta, tu orientem roseæ auroræ luteis fimbriis rutilantē ordinas / occidentēq; declinantis Phœbi in tinctura stridulū instituis, septentrionē niuoso gelu asperū cōponis, meridiē intēsissimi caloris flagrātia perustū demulces/ ac reparas: tui inq̄ ꝑconii ambrosio nectare imbutis quadrupedibus inuectis Titā(ut poetę prisci effinxere)tuo uero numine ꝓpulsis tenebris diē oībus primatibus cōmunē oib9 mortalib9 inuehebat,luna rosidis educta bigis nocturnā illustrat ferruginē/ac tenebras:te oium reꝝ parens cęlestibus corollis fulgurātē regē istituit : te ꝑmittēte ignitus aer/ ac æter clarescit,lubricās aqua liquescit,tellus grauior rarescit : demū oīa cūctaq; inter se concordāt elemēta:te suppetitāte/uel leui zephyro grauidū floret æstas/spicea cācro flagrāte exestuat , mustulētus autūnus cōfluentibus uirescit:ut inq̄t orator ille xp̄ianę religionis afflatus: hyems pluuinosa boreali frigore rigescit:te annuēte alati subsidūt uēti, ꝓcellosæ cōcidūt tēpestates, pluuiæ in serenitatē cōmutant᷑ , tui cā montiū reuidēt culmina/ualliū lubricosa ꝑflamina/colliū decliua subleuamina,tuo munere arbores frondētes germināt, flores spirātes uarigāt, uiridi cespites repullulāt, uirtutis tuę auspicio/ ac ꝑsidio spumosa

placantur æquora, cornigera decrescunt flumina, undosa lacu adequantur cessante tuo numine piissimo, cui omnia cęlestia/ terrestriaq; obtemperant. Hinc munera sancti spiritus dei altissimi gratiæ: & ipsę sunt ex Esaiæ. xi. auctoritate theologis sumptæ; hæc nanq; ad dei coniunctionem nos promouent: theologicæ uero uirtutes nos statim deo coniungunt, quéadmodum & mortales ipsę quoq; rationem mouere/ intellectuales uero perficere uidétur: sunt nihilominus illis utrisq; ob nobiliorem/altioremq; motorem, qui sanctus est spiritus dona potiora: uirtutes nanq; humanæ pro humana qualitate quidem perficiũt, non tamen ad diuinitatem ullo modo nisi donis huiuscemodi iuuentur extollunt. Nam & ipse Aristoteles ubi de bona loquitur fortuna: quæ inquit/ diuino mouentur instinctu non opus ratione tractare humana/sed interiore motu longe nobiliore. Idem in. vii. ethicoꝝ/supra uirturẽ cõmunẽ quandã heroicã per quã diuini dicunt̃ dicit esse; ꝑterea saluti necessaria sunt dona, & ita inter se cõnexa ut una sine reliquis nõ fit: nã quéadmodũ morales oẽs in prudẽtię uirtute/ ita dona in una charitate cõueniũt, ut qui in ea cõstitutus existat oĩa facile possideat: In patria tamen/& gloria quã in hac uita perfectius: unde Aurelius ait/quéadmodũ in hac uita absolui possunt; sicuti in apostolis absolutas/perfectasq; fuisse credimus: nã illa oĩmoda/ & in angelicam formã mutatio quę post hãc uitã promittit̃ nullis exponi uiribus potest. Ambrosius uero in Lucã cõtra sentit, hęc nõ ad hanc sed futuram ꝑtinere uitã: dictitans Chrysostomus in Homeliis/quædã hoꝝ pręsentem/nõnulla uero futuꝝ ait respicere statũ: q̃obrem sciendũ ꝙ futuræ spes beatitudinis duabus de causis in nobis esse potest, primũ ob merita q̃bus digni reddimur ante oĩa/& ad cęlestẽ gloriã ꝑparamur: dein de ꝑ exordiũ quoddã imꝑfectũ/& plane in hac uita futurę fœlicitatis quasi arrabonẽ: aliter .n. spes fructus ex arbore frõdibus iã uirescẽtibꝰ habet̃, aliter uero cũ iã fructuũ primordia apparere incipiũt: sic igit̃ ea quę in beatitudinibus tãq̃ merita narrant̃, quędã ꝑparationes siue ad beatitudinẽ perfectã/siue inchoatã disponẽs existunt: eã uero quæ tãq̃ ꝑmia ponunt̃ possunt q̃dẽ uł beatitudinẽ significare pfectã, & sic ad futurã ꝑtinere uitã/uł aliquã certę beatitudinis inchoationẽ/q̃i uiris inueniũt̃ pfectis; quo ferme modo ꝑmia hãc respicere uident̃ uitã;

quin etiam in uirtutum actionibus quis perficere conspicitur/ sperari quoq; potest hunc ad uiæ / patriæq; metam optatam facile peruenturum regnũ cœlorũ: Aurelius/perfectæ sapientiæ initium in sanctis uiris quatenus in eis spiritus regnare uidetur intelligi dicit: adstipulatur & Gregorius/qui militantis ecclesiæ statum similiter appellari testatur: nec mirum uiri nãq; boni & si laboribus exerceentur / ac subsidiis uitæ huius plurimis priuantur/spiritalibus tamen abundãt: contra uero iniqui quis uitæ cõmodis gaudeãt intus/tamen lacessente cõsciẽtia cõtinuo cruciantᷣ, ut in nono scribitur ethicorũ/huc illuc ab animi cupidinibus distracti, beatitudines autẽ huiuscemodi septem donis: Aquinas refert/atq; accõmodat/ deum uidere mundo corde ad sapientiam/ atq; intellectum pertinere dicit, mitem esse ad fortitudinẽ atq; pietatem/quoad mansuetudinem/proximumq; tollerandũ animi patientia simul & pietate sit opus, misericordem ad concilium quod unicum in tantis malis remedium dare sit/inquit Aurelius, pauperẽ & lugentem ad timorem & scientiam; quod ex fragilitatis humanæ sciẽtia simul & metu a delitiis/& rebus fragilibus abstinere solеamus: sicq; demum aliis alia comparantur; differũt autem beatitudinis fructibus spiritus. xii. ut charitate / gaudio /pace/& reliquis ad Galatas .v. enumeratis, q; ii uirtutũ/illæ donorũ sunt actus: unde Ambrosius/ opera inquit/uirtutum fructus dicuntur q; suos possessores sancta/& sincera delectatione reficiant, plus enim beatitudinis q̃ fructus ratio excellensq; aliquod magis exposcit, beatitudines enim fructus recte appellantur: non item contra ex quo donis conuenientibus: illi uirtutibus attribuuntur: uirtutis nãq; actus qualicunq; modo oblectet fructus dici omnino poterit: Aurelius in eandem epistolam / non hoc inquit ita suscepit apostolus ut doceret/uel q; sint opera carnis/uel fructus spiritus / sed ut plane ostenderet in quo genere hæc uitanda/ illa uero sectanda sint, ex quo plus minime dici facile poterit: inter autẽ hos fidem nominatam certam quandam / ac singularem credentium animos exhilarantem esse uolunt.

FINIS.

EIVSDEM REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII VIPERAE BENEVENTANI ROTAE SACRI PALATII PRIMARII AVDITORIS/ET SACRAE POENITENTIARIAE REGENTIS ORATIO.

T SI SVMMVS ILLE OMNIVM rerꝫ conditor/ac parens deus cuncta peregerit:tum omnia tunc singula prouidet ac prospicit, & neq; enim fas sit mortalibus cūctas diuinas / egregiasq; ingenio inductiones compræhendere/uel oratione explicare/atq; educere/hoc tantum prospexisse sufficiat, ꝙ totius orbis/naturarūq; omnium cōditor/architectorq; deus idem ad bonum dirigens cuncta disponat/atq; educat:siquidem omnium generatio rerum cūctosq; mutabilium naturaꝝ inq̄ progressus/ & quicquid quaq; ratione mouetur/causas/ordinem / formas ex diuinæ mentis ratione sortitur:cuius numine uelut e tenebris in hanc lucem translati/cœlū ipsum/cœlestesq; illas/ac diuinas sedes intuemur/ admiramurq;, quo mortalium mens lætitia repletur: illud nimirum anhelāti animo lumen inquirimus, illud ipsius diuini opificis plane unigenitum iubar redemptionis nostræ / & æque memores, cuius ortus eleuata est perillustris lux, & sol/& luna in suo ordine stetere / suo diuino auspicio, nullisq; casibus/fluctibusq; illius fulgentissima christi religio obnoxia extiterit/sed perenni/fœliciq; eius protectione constabit: hisce de rebus pleraq; quæ ad mortalium cognitionem conspectant differenda duxi: & si rex omnium principem bonum esse mortalium cōmunis assertio/ confessioq; animoꝝ approbet: nam cum nihil deo melius excogitari queat id quo melius nihil est bonū esse quis exquirat? siquidem ne in infinitum ratio procedat / confitendum est summum deum/summiq; boni esse plenissimum, sed perfectum bonum ueram esse beatitudinem constituimus: ueram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est, siquidem & orbis iste quo nihil maius/nihil admirabilius mortales conspiciunt: priscoꝝ philoso

phantium/& præclaro / excelſoq; illorum uirorum ingenio diu corum mentes excitauit, qui eius & initium/& calcem innegare exoptantes/ac tantæ molis magnitudinis mortaliũ cognitioni omnino metã excedenti minime capeſcere ualuere: in errores / ac tenebras icidere pleriq; nãq; alii dictantes inanes/futiles potius uerborum contẽtiones/& tenebroſas/ per ambageſq; ſententias proſequi/ q̃ diuini illius cunctorum architectoris illuſtrem/fulgentemq; uirtutem cunctis mortalibus reſplendentẽ/ ac fulgẽtem originem/ ac exordium honorantem rebus innegare maluere: qui ut inquit Seuerinus/Sedet interea conditor altus/Rerumq; regens flectit habenas, Rex/& dominus/fons/& origo, Rex & ſapiẽs arbiter æqui: Hic cunctis continuus amor, Repetuntq; boni fine teneri, Quæ non aliter durare queunt/Niſi cõuerſo rurſus amore, Refluant cauſæ quas dedit ipſe, Qui quanq̃ lucem habitat in excelſam, Properat tamen pulcherrima: Noſq; in primis qui eius genus/ Summus ut ait Aratus in carminibus / ſatis eſt iuſtitiam/ſalutemq; noſtrã ſe orbi patefecit, reliquos uero ſuæ ſapientiæ theſauros his paulatim depræhendendos præcepit, qui iter cum probe muniiſſent/ac diuinis illis legibus eaq; edocuit mortales prudentia/modeſtia / largitate/pudicitia ſine controueſia ſubieciſſent, diuinæq; illius chriſtianę religionis miſteria ſumma illa fœlicitate/illuſtriq; doctrina grauiſſime/ longeq; fide pcepiſſent, diuini illi chriſti dei opt. apoſtoli athletæq;/quorum laudis/& ſi diuinum expoſtularent ingeniũ, neq; eiuſmodi ſunt/quæ poſſunt breui orone cõplecti: nanq; qui ornatus? quæ tanta eſſet dicẽdi copia? quæ ipſorum ſplendorẽ ſuperaret? ſubticebo igitur Pauli/diuiniq; Bartholomei nobilitates / qui etiam ex regia effluxere dignitate, nam Paulus decus/ornamentũq; Romanæ nobilitatis clariſſimũ extitit: Bartholomeus ex Indorum regum proſapia exortus: tacebo ipſorũ maiores, quum ex Dauidis regis/Salomoniſq;/tantorũq; regum originem traxerint, ut illi ex Ioſephi deuenere progenie, ſiquidem & illuſtriſſimi/& præſtantiſſimi extitere: tametſi hanc prouinciã aſſumerẽ amplus mihi campus pateret, quibus nec ſanctitatis diſciplinarum gloria quantum in mortalibus ipſis apprime exquirẽdum eſt ſtudiis nõ largitate in pauperes/ non cæteris uirtutibus diuina illa tempora præſtantiores habuere, qui adeo inter ſe de illa perenni/cœleſtiq; uirtute

contendisse uidentur, ut quem ex tam præclarissimis/diuinisq; uiris/ ut quem præferas difficile sit ferre sententiā/adeoq; mortaliū omniū iudicio extolluntur/ ut siquid præclarum/ siquid illustre/ siquid magnificum/siquid a prudētissimo/optimoq; dignū mortales meminisse malunt ex illorū pręclare/fortiterq; gestis, acute/perornate/ ac persancte dictis/prudenter excogitatis/peractisq; exempla educant:nā Iesus ipse pceptor optimus qui nec setius oratione/ sermoneq; q̄ animo pollens/q; rudes/ac imperitos discipulorū animos ueri boni notitia incensos de imo ad æthera erexit/euexitq;, quiq; in tēplo duodecimo ętatis anno doctissimorū uirorū consumatissima ingenia uirorū proculcauit, qui petulantissimę mulieris cor perfregit, qui tot prauissimarū mentium tumultus repræssit, & in frenes animos cornu/calcibusq; impetentis Pauli sedauit/inclinauitq;, cœlos/& caliginem sub pedibus eius detexit, abstrusa etenim prophetarum uaticinia illustratis animis enodauit, qui ab Helyseo uate propterea equi domini appellantur/ quia frenum disciplinæ eius accepere,& iugum ferunt suæ suauitatis & incomparabili eius liberalitate pascuntur. Deus inq̄ quid mortalibus contulerit inęstimabilem erga ipsum obligationis magnitudinē contēplamur,contemplationiq; nostræ a fortitudine fundamenta subicimus: prætereo pulcherrimam huius orbis cōmunem mortalibus undecunq; rempub. in usum ipsorum omnia procreata; omitto corporis formam/membrorū compage/& agilitate præstantem/& oportunā linguæ efficaciā, nos etiā sibi nō solū ingenio/animoq; similes genuit/ sed uera patris dilectione est amplexatus, sed eruditione magister/auxilio frater/protectione amicus/obsequio etiā seruus/ ad infimā quoq; lauandorū pedū famulationem prosecutus, non labori/ nō uigiliis/nō incōmodis/non cruciatibus/non uitæ pepercit/ut æternam delicti/ errorisq; nostri pœnā deleret. sic inq̄ excellentiā quærimus, quis in toto terrarū orbe/uel ordinis dignitate/uel officii claritate/ uel magistratus auctoritate diuis illis christi apostolis discipulisq;/ac eius diuinæ religionis summis pōtificibus/siue originē institutos fuisse comperimus? diuino iussu per Mosem illum uatem Aaron germano suo primitus fuisse collatum, si dignitatem (uel omnium potius dignitatum culmē intuebibimur; hæc pontificalis christi dei supereminens/& gloriosa

multipliciter decoratur: ea enim est quæ pastoralem dignitatē toto/ac uniuerso gregi christiano gerit, quem omnium protectionem continet: ea inq̄ est quæ deuios/& errantes ad ueritatem reducit, quæ subditos ad pacem/& ad cōcordiam dirigit, quæ pro mortalibus cogitat: ea inquam est quę sanctissima/& beatissima ne dum nostro uerum & cœlesti arbitrio edicitur/existimaturq́, quæ tanta maiestate a deo illo summo/& optimo condonatur, quæ dei uices/& omnipotentis consistoriū sortita deniq́ nuncupatur. Exurgat illa inq̄ potens/& egregia maiestas/quę cum diuino illo christianæ religionis altissimo numine comparari temere audeat, qua inq̄ præteritæ tēpestatis memoria euasit, qui aut comitatu potens/aut ducatu insignis/ aut dominio excelsus tam diuino numini non succubuerit: quid egregios principatus altissima regna / imperiaq́ totius terrarum orbis ingentia meminerim? Sileāt Assyrii Ninum qui primus omnium intulit bellum finitimis: Cyrū Persæ silentio transeāt: Conticeāt Macedones Amyntā/ Philippum/& Alexandrum: Pœni Annonem/Asdrubalem/atq́ Hannibalē: Taceant siquidem ii qui aliqua regnandi gloria/uel imperandi laude micuerunt: nempe eorum nemo tam latum/ tam propagatum imperium obtinuit. Illi inquam diuinæ religionis antistites per quos christi euangelium Romę splenduit, & quæ erat erroris magistra/ ueritatis assertrix peracta est. Illi inq̄ fuere ueri principes/qui Romanorum regnis cœlestibus inserendā multo melius/præclarius/illustrius/multoq́ fœlicius condiderunt, quam illi quorum studio urbis prima mœnium fundamenta locata sunt, e quibus Romanę urbi is qui nomen dedit fraterna ipsam cede fędauit: Illi inquam fuere qui illustrissimū omnium urbium in hanc fulgētissimam gloriā prouexere, ut sit urbs sancta/gensq́ ceu populus pręelectus/ciuitas pontificalis/& regia per diui Barionæ tēplū totius orbis uerticis exornatas illustrius præsidēs illo diuino numine q̄ caduco illo mortalium imperio / quamuis enim multis tropheis/triumphisq́ illustrata/præclarisq́ aucta uictoriis, ius imperii/ipsiusq́ urbis terra/mariq́ illa ipsa ascenderit/atq́ emicuerit. Minus tam est ut inquit/q́ tibi bellicus labor subdidit/ q̄ q́ pax christiana subiecit, & id quidem ui/aut astu præerectum/nō tam ad mortalium cōmoditatem / & honestatem/quam ad imperantis nutum/ &

uoluntatem regebatur: quippe si illius religionis iustitiā inspicimus/ quæ firmū dicitur/& imobile propositū cuilibet perpetuo sua iura tribuens: quis eam suffragatoriā dubitet ni foret qui eius administrator in terris diceretur? quid enim nuda esset uoluntas/si ab omnibus esset incognita? quid constantia si iura eoꝝ dispositiones ignorarent? quid perpetuum si nullæ leges/nullæ constitutiones/ nulla executioni mandarentur edicta/a deo illo omniū parēte pordinata? qui est rex omniū reꝝ opifex deus ipse, quiq; est omnia mundiq; anima/& mens uniuersi, ut diuini edixere theologi/qui uices tēporū/qui cœli luminosa culmina / qui maris salubria flamina/& inferum deplorata silentia nutu dispensat: cœlum ipsum quod suū est/sine opere/& sudore noluit promereri, diuinos illos apostolos ad mortales emisit, ut eorū diuino labore ad ueritatis lucē educerēt. Sed q diuino olim Epycteti stoici sapientissimi uiri adagio celebratū accepimus, in prosperis rebus abstinentia/in aduersis patientia/uitā pleraq; imprecabilē/ac tranquillissimam reddidit: his artibus maiores nostri Catones/Curii/Fabritii/Coruncani/& inumerabiles alii continentissimi uiri ęternitatē sibi nominis cōpararunt: Ac eadem fortitudine adiutrice prudētissimus Vlixes Circes pocula/sirenū cantus/lętiferaq; omnia cupiditatū lenocinia effugit: Huius inq firmissimis gradibus Socratem sapientissimum oraculo iudicatum/domitorēq; orbis imperterritum Herculē/tot reges/& inclytos ubiq; gentium principes in cœlum relatas prisca etiam secula crediderūt: qui tam omnes pro gloria frustrati gigantum more i āstis montium molibus innixi sine fide/& ueritatis luce pugnantes, nō secus ac illi repulsi/eiectiq; sunt. O fœlicissimam diuinam illam christianamq; religionem/quæ aduenientis Iesus dei summi lumine illustrata / ueraq; disciplina instituta effulsisti, quæ tot euangelistarum præconiis erudita/tot martyrum testimoniis confirmata / fortiter humana omnia excipere, æternę/cœlestisq; gloriæ/ac perennis/pręclarissimę fiducia meruit: siquidem quum deus ipse summus/ut Secundus philosophus Cæsari Hadriano disseruit, deus inquit est immortalis mens/incontemplabilis celsitudo/forma multiformis / multiplex spiritus/incogitabilis inquisitio/ insopitus oculus omnia continens / lux bonum. Et Plato/deus est summum bonum supra omnem substantiā

omnemq; naturam q cuncta expetunt: quum ipse sit plenæ perfectionis/& nullius societatis indignus: quum deus ipse causa omniũ sit/& principiũ quoddam, ut Aristoteles memorat: dicimusq; ut idem asserit/deum esse animal sempiternũ/optimum/quare uita/& duratio cõtinua/& eterna consistit. Hinc præclare etiam Aristoteles in his libris quos de mistica theologia edidit/decẽter enim inqt /etiã ens uerũ primum/deus sublimis/bonus/simplex/& pfectissimus/oium inspirat intellectũ uitã primo, deinde aię postea naturę efficit intellectũ/& aiam & naturã principia alioꝝ q superato corpore sedauit sensus/ affectusq; materiales depurataq; imaginatione/ reuersusq; ad substantiã intellectus agoscet dignitatẽ suã quę est roborata ad speculandũ mũdũ intellectualẽ secũdũ celsitudinẽ eius/ideãq; eius suprẽmã quę est lux lucũ/bonũ bonoꝝ/dignitas dignitatũ/atq; entitas entiũ, & ipm met ens extra qd nõ est aliqd ens: qdq; existit desideriũ sui ipsius est quoq; principiũ p qd oĩa existũt/ac permanẽt, est appetibile/ad qd oĩa naturaliter appetẽtia mouẽt p naturã ꝑpriã/q̃ est forma initiata: p motũ igit illũ existũt sicut p impssionẽ essentię receptã ꝑducũt: iã.n. ingens ꝑbatũ q substãtia naturalis existit p naturã ꝑpriã, cuius firmitas est forma, huius autem firmitas est imitatio sui exterioris, quæ omnia appetunt illud appetentia mouentur, ad ipsum mota efficiuntur, ab eodem quodq; est omnino immobile sed mouens omnia motu per quem existunt donec perueniant ad motorem unum supra quem non est aliqs: ideo hic primus conditor est principium omnibus essentię/ ac permanentię/sine quo nihil existeret: siquidem primum agens qd est mouẽs primũ uniuersale/& q oẽ mobile mouet ad illd qd oẽ factũ motu permanet ẽt motu, ꝑpterea q motus est actus entis in potẽtia/idest pfectio/eductioq; euntis ad actũ/cui9 dei summi oĩm parẽtis sublimitatẽ differẽs idẽ Aristoteles / magnitudinẽq; & si uelimus conãtes narrãdo cõsiderãdoq; minime attingere poterimus: Eius certe essentia/existentiaq; excedit oĩa alia entia sigillata/pẽdẽtiaq;, quoꝝ ꝑdixit p suã essentiam intellectũ primũ sub ipsoq; aiam/ & singula generabilia, ideo potestas humana ĩfima neqd ĩstũ cõprẽhẽdere, nihilq; tributoꝝ eiuspsci re ualet, q̃ diuinis/ac illustribus diuinę xpianę religiõis theologis eoꝝ censuræ relinquẽda pcẽsui. In hoc.n. deus: Et Seuerinus/O q ꝑpetua

mundũ ratione gubernas, Terraʒ/cęliqȝ sator qui tẽpus ab ęuo Ire iubes/stabilisqȝ manens das cuncta moueri: Tu nãqȝ serenũ/tu requies tranquilla piis/ te cernere finis/Principium/rector/dux/ semita/terminus idem: Nam nihil est q̃ naturã seruans deo contraire conetur, quũ per se cuncta regat/quæ mortalibus esse consensimus: & hic est ueluti quidã clauus, ut inquit Seuerinus/atqȝ gubernaculum quo mũdana machina stabilis/atqȝ incorrupta seruatur: nam deum ipsum omniũ rerum principem bonum esse communis mortalium conceptio comprobat animorum: nam quum nihil deo melius excogitari queat/ id quo melius nihil est/bonum esse quis dubitat? & ne in infinitũ ratio procedat/confitendum est summum deum summi/ perfectiqȝ boni esse plenissimum, sed perfectum bonum ueram esse beatitudinem constituimus: ueram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse. Nam ut inquit Plato/ genitorem uniuersitatis tam difficile est inuenire/ q̃ inuentum impossibile digne præfari: nam bonus quidẽ deus inquit/ & quidem deus causa bonorum/malorum autem omnium nõ causa: mundus a deo peractus est: deus auctor maximus est: charitas dei causa fuit factionis mundi/& originis omnium rerum. Et Maro/Si genus humanũ & mortalia tenditis arma, At sperare deos memores phandi atqȝ nephandi. Et Iuuenalis/Nil ergo optabunt homines/si consilium uis/Permittes ipsis expendere numinibus, Quid conueniat nõ. is rebusqȝ sit utile nostris: Nam pro iocundis aptissima quæqȝ dabũt dii: Carior est illis homo q̃ sibi. Et Tragicus/ Res deus nr̃as celeri citatas turbine uersat. Et Stoicus/Ita dico Lucilli sacer intra nos sedet spiritus bonorum/malorũqȝ nostrorum obseruator/ & custos: hic prout a nobis tractatur/ita & nos tractat/atqȝ exercet: bonus uero uir sine deo nemo est: an potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere: ille dat consilia magnifica/& electa in uno quoqȝ bonorum uirorum. Hinc Cicero/quid dicendum inquit/quum ordinem hunc rerũ humanarum perseuerandi iudicamus cœli motum, siderum cursum tẽporibus accomodatũ necessaria cunctis animãtibus instrumẽta/organaqȝ data tanta ęqua lance/ orientium/ & occidentium uicissitudinem quę animo temere: nam sic breuiter omnia corrueret, sed ratione certa durare animaduertimus, non rectorem is ratione/intelligentiaqȝ

summa prǽditū ꝑsidere arbitramur: Insup si ex cimeriis illis qui subterranea loca habitare dicuntur/aliquis ad superas euaserit auras/ ornatumq; hunc cœli/pulchritudinē solis/hominum cetum in una societate legibus/moribusq; deuictū/tantā uniuersi orbis uarietatem / agri amenitatem repente conspiceret, dubium ne quin diuina quadā/ summaq; artificis ratione/& constare omnia putaret: deniq; nullam asserit esse tam feram/tā barbarā/imanēq; gentem, cuius mens diuinitatis opinione non sit imbuta. Et si nonnullis ex priscis philosophis ut Pyrrho/Aristo/ Epycurus / Aristippus explodendi equidem sunt/ qui deum/ac prouidentiā negarūt. Democritus item qui casu ex atomoꝝ cōgressu oīa constare putauit. Deniq; Theodorus ille Atheos cognominatus. At reliqui omnes qui ius/fasq; minime seruantes / Venerem tantū/& Bacchū coꝝ fauentes moribus uenerarunt/coluerunt q;: siquidem ut alibi memorauimus/ex Platonis sentētia/prophanos tales esse qui nihil esse autumāt/nisi q pugno cōprehendi queat: O inq̄ insolēs Epycure cōplectere manu puluerem; subterfugit protinus ipse tibi, coge aquam/subterlabitur, coherce aerē/subterfluit, cohibe ignē/subteruolat: ah demēs haud uales ignem/non aerē/nō puluerē / nō aquā pugno subducere: potes ne igitur pugno complecti qui manu uniuersum ipsa complectit corpus, uis esse deū excellētissimum/ splēdidissimumq;: igit ignis esto, ut inqt Platonicus/accede igitur ad hūc ignē/ lumen habet pariter & ardorem, comprime si queas manu lumen, sed iam tenebras educes/caliginesq;, cōprehēde pugno ardorem protinus dissolueris: deus inq̄ ignis est/consumens non pugnis/nō imaginatione/non mortaliū effectu percipi potes, etiā si moratus fueris nullo tū imaginationis pugno diuinę ueritatis percipiēs lumē, relaberis enim illico in falsitatis delubra: opus est igit dialectica cunctas imaginationis nebulas dissoluere: rursus etiam si dialeticus fueris haud attinges mortaliū oppssus affectibus uitali calore dei salubriter ipse ꝑfluit: dissoluit inq̄ qcqd materię repperit, qd aūt occurrit ab ipso exutū sibi assistit/cōsiliatq;: depone igit hos caducos/terrestresq; affectus diuino ardore/fulgētissimoq; splēdore mox salubriter perfrueris. Hinc praeclare Aristoteles/si essent inqt/q sub terra semp inhabitassent/bonis/& illustribus domiciliis/quę essent ornata signis/atq; picturis/instructaq; re

bus his omnibus quibus abundant beati putantur: nec tamen exis-
sent unquã supra terrã, percepissent tamen fama/& auditu esse quod-
dam numen: deinde aliquo tempore patefactis terræ faucibus ex illis
abditis sedibus euadere in hæc loca quæ nos incolimus, atq; exire qui
uissent quum repente terram/& maria/& cœlum conspexissent, aspe-
xissentq; solem/eiusq; tum magnitudinem/tum etiam efficientiam co
gnouissent q; iis diem efficeret toto cęlo luce defuso: quum autem ter-
ras nox occupasset, quum totum cœlum cernerent astris distinctum/
& ornatum, lunæq; luminum uarietatem tum crescẽtis / tum senescẽ-
tis/eorumq; omnium ortus/& occasus, atq; in omni æternitate ratos/
innumerabilesq; cursus, quæ quum cernerent profecto esse deum/&
tanta opera dei esse arbitrarentur: quippe nec tanti / nec infiniti boni
magnitudine &/celsitudinemq; mortalium quempiam ingenium suf
ficere queat: non enim unius orbis modo/sed totius orbis terraꝝ cęle-
stium quicquid esse constat/deus ipse conditor extitit, christianę reli-
gionis fundator, cuius nobilitatem/sanctimoniam/uirtutem/grauita-
tem/& sapientiam nemo est qui ignoret: Itaq; non aliquis imperator/
aut ductor exercitus concelebratur, qui uel fusis hostibus/uel oppido
aliquo capto supplicationes / aut triumphum / tropheum ue aliquod
acquisiuerit, sed is qui humano generi uniuerso sapientissimis præ-
ceptis/atq; exemplis clarissimis ad bene/ beataq; uiuendum instituto
diuininos honores summo gentium omnium cõsensu per uniuersum
terrarum orbem magna cum gloria sit consecutus, cuius quidem lau-
des tam multæ in omni genere/ac tam magnæ sunt/ ut eas non dicam
exornare/sed leuiter quoq; narrare/atq; perstringere / nullum ingenii
flumen/nulla uis dicendi/nulla copia satis possit: nam si in humanis
laudibus explicandis maxima quoq;/& excellentissima oratorum in-
genia sæpenumero defatigantur / & rerum magnitudini uix resi-
stunt: quid tandem in his euentuꝝ putamus/quæ supra oium morta-
lium conditionẽ sunt positæ/aut quo ingenio ad eas explicãdas opus
esse existimamus. Quippe quũ prisci illi maioresq; nostri/ qui in sum-
ma diuinarũq; reꝝ caligine uersabanť, nullã q̃uis minimã rẽ inauspi-
cato & i ius eoꝝ quos colebãt deoꝝ unq̃ aggrederenť; qd nos q in sum
ma cognitionis luce uersamur/ in tataꝝ reꝝ acie pagere debemus ꝑser

tim quum sciamus deũ unum bonorũ omnium auctorem nobis atq; effectorem esse, nos uero aut perficere / aut inchoare nihil inuito illo posse, nihil illo uolente non posse. Hinc Aristoteles ex Platonis sentẽtia in theologiæ uolumine disseruit / disseramus inquit / quas oportet hic repeti ad illos qui non credunt aliter probabiles rationes breui statuentes principium id quo cõuenerunt omnes prisci & iuniores theologi/philosophi/prophetę/ac populi uidelicet q; anima rapta corporis desideriis subiugato intellectu statim irã domini incurrit, propterea abstinendum a criminibus/& caduca desideria mouendum, sic enim miserebitur dominus: rursus si maiores non credidissent deum omniũ parentem / conditoremq; / ac animo immortalitate non constituissent legem iuxta naturæ præcepta eam asseuerantem, cui nemo contradixisset nisi uitiis / delictisq; implicitus: edixere etiam inquit / q; multi precati nõ caruerunt ope animarũ a corporibus ad cœlestes illas sedes reuersarum/explorantiq; ueritatem/hoc manifestũ est (inquiens) per experimentum reuelationis / & templorum fabricas ob hæc illis dicatas: quare palam est q; anima digressa ab hoc mundo differens/& assecuta alium non corrumpitur omnino, ideo autem quoniam creata est perpetua ob nobilitatẽ uitę: atq; idem opinatus est Plato differens/ego pluries speculando secundum animam relictis corporis exuuiis uisus sum mihi frui summo bono gaudio admirabili/ unde restiti quodammodo anxius, tum agnoscens me esse cotem cœlestis/ ætheriq; orbis/ adeptusq; uitam illam perennem/cœlestemq; gloriam sub luce fulgẽti/inenarabili/inaudibiliq;/ac incogitabili lassitudine autem delapsus ab ista speculatione intellectus ad imaginationẽ lux illa deseruit, unde tristis derelictus rursus derelicto corpore reuersus comperi animã luce fulgentem/& tum corpori influentem / tum supra eleuatam. Inquit igitur Plato / qui conatur mundum supræmum/æthereum / perenneq; regnum ascendere conspexerit / perceperit substantias diuinas/causasq; uniuersales profecto ingentia consequetur munera: idcirco nemo id omittere debet quanquam sit plurimum laboraturus: prȩclare etenim in eo adipiscetur tranquillitatem impatibilem / perpetuamq;, quando homo exortus extiterit ad hanc contemplationem otiatur / si ab illa uel per unicam horam absit: sic etiam perdidit ani-

mam,sibiq; hostis est omnium maximus nisi pœnitentia ueniam me rebitur: Atq; hoc Platonis documentum est homini exhortatorium ad eleuationem intellectus nanciscendam reperit: enimuero quum re℞ peracta℞/creatarũq; cognitione imortalis dei persensa natura: eni uero quũ mortales ipsius aspectu æthereũ cęlum sideribus cõspicerẽt ab oculis discreturus:& tum tellurem in aere circũfusam in orbis sede collocata librari cernerent,tum erga eam tã exiguo hora℞ orbita solũ circũferri flagrantem/eiusq; perenni ambitu/annuoq; inflexu nõ noctis atq; diei/sed æstu & bruma uicissitudo conficeret, infraq; lunam æmulã ambire/quæ menstruis interuallis illũ prosequeret,permutatoq; in orbem lumen exereret:tum circum luminũ ęquor animum accessione turgens/uel telluris labentis motum/austrorũq; imbriũ procellam conspicerẽt: ex his asserẽdi necessitate condonaret/ac ad ęstus alii sedandos/ad innãdi facultatẽ tum mortalium/tũ alituũ/aliorũq; gradientium aquaticum naturam,rationeq; animal hominẽ/ut omnium ducem affirmare compellarent tam solidam/solertemq; huiusce machinæ re℞ omniũ ab aliquo diuino numine/qui auctor/& architector/& omniũ parens/& uerum numẽ imortalis deus appellaret:quæ inq̃ mens? quæ lingua dei munera conspectans satis digna oratione conscribere queat:proinde christi dei opt.max.diuina christianæ religionis ornamenta conspicere: hinc inq̃ est ille ueriusq; legis terminus quem nobis altissimus omnium parens deus præfixit: hæc occultorũ sensuum ab initio diuinæ incõpræhensibilitatis editio:hic scopus metaq; ante secul a præsignata: hæc inq̃ illa religio ab æterno/archanũq; ignotũ seculis omnibus inscutabilis erga mortales prouidentię/curęq; consilium,ubi certũ uitæ prompta℞ perennis diuina℞ contemplationum fons: O diuinæ religionis prouidentia/cuius ullus unq̃ uel uestigium satis inuenire queat, cuius opus nunc perfectũ religionis christianæ ministerium seculis prioribus absconditũ oculi conspiciũt nostri,quæ in contumaciæ corruptione sata fuerat dissoluta est:dissoluta inq̃ profecto quum christus omnium salus hoc ipse iter si prius expertus/ipsa nãq; natura ex condemnatione/quæ in corruptione extitit/ad integritatẽ longe/ac prius diuiniorem prę christi mortẽ est reuocata: O uices nouas/o fœlicia secula optionẽ in homine calamitosam mor

talium natura lusit: in christo enim gratia paternæ uoluntatis pleni-tudinem ostendens/orbē collapsum/mundūq; ipsum afflictū crimine obrutū exhilarauit: peperit inq̄ natura ex contumacia prælectā ultro sponteq; mortē, edidítq; ille per obedientiæ munus mortē extinctam/ ut mortales ipsos ad uitam illā perennē/cœlestesq; sedes/ad uitam/ di-uinamq; gloriā/ac fulgentem eos remearet, ac fulgētibus triumphis/ perillustribusq; tropheis eos ipsos exornaret. Vbi ut inquit Cęsarien-sis antistes eruditissimus ex diui Gregorii martyris snia / unus deus imperat pater uerbi uiuentis sapientiæ substitutus/ & uirtutis suæ & figurę perfectus/perfecti genitor/pater filii unigeniti/unus deus solus ex solo deo figura, & imago deitaris/uerbum perpetrans sapientia/cō-prehendens cūcta omniaq;/& uirtus qua tota creatura fieri quiuit/ ac potuit, filius ueri/& inuisibilis ex iuisibili/& incorruptibilis ex incor-ruptibili/& imortalis ex imortali/& perennis/ ac sempiternus ex perē-ni/sempiternoq;, unus spiritus sanctus ex deo substantiam habens, & qui per filium apparuit imago filii perfecti, perfecta uiuentiū causa/ sanctitas sanctificationis/pręstatrix/elargitrixq;/per quem deus super omnia in omnibus agnoscit̃/ac cernitur & filius per omnes: trinitas inq̄ perfecta maiestate/& fulgenti/perenniq; sempiternitate/& regno/ ac imperio minime diuidirur/neq; abalienatur: Igitur neq; factū quid aut seruiens in trinitate, neq; super inductū tamq; antehac quidē nō subsistens: postea uero super ingressum: neq; itaq; defuit unq̄ filius pa tri, neq; filio spiritus sanctus/sed incōuertibilis/& incōmutabilis sem-per: Quem omnium parentem deū/ut inquit Aurelius/illustris/ & cō-sul, tum perfecte cognoscimus qđ modo salubriter credimus: nec ali-ter animaduertere merebimur/nisi nūc in hoc ergastulo quę uera sint amplectamur/fateamurq;/hoc est incōmutabilē/coęternā/ distinctam personis/& inseparabilem trinitatē replentē omnia simul illa perenni sua substātiali uirtute unū triplex, trinumq; inseparabile parilitas in oī potentia/æqualitas in amore/charitasq;, uniuersitas in natura hæc excellenter/& singulariter simul iustitia sua iudicat, simul parcit pie-tate sua, simul cooperatur propria uirtute, potestas incōprahēsibilis/ beatitudo imirabilis, ex qua beantur quæcūq; beata sunt, uiuificant̃ cuncta uiuentia, continentur quæcūq;, subsistunt cuncta librans/si-mul omnia

mul oĩa discernens quæ iã in iudicãdo nõ labitur, in cognoscendo nõ fallitur, quũ non appareat bonis præsens est & quum nunq̃ desit/ absens malis est ímobilis/ quia ubiq; tota est incessabilis/ quia uolũtates suas semper operatur, de toto si audit/de toto se conspicit/ ac uidet: nã ex aliqua parte tanq̃ de mẽbro respiciens, sed cũcta undiq; ita ut sunt perscrutabili uirtute cognoscens. Dicitur etiã adorare/gustare/ambulare, sed hoc per intelligentiã mortalium humano more peragere perhibetur, dum in uenerabili patientia maiestatis suę longe aliter cũcta perficiat uirtus sancta uniuersa creans/atq; disponens regnũ in maiestate propria/& fulgenti/perenni/ac sempiterna gloria, incomprahẽsibilis/inęstimabilis eterna potentia/cœlos mirabili suspensione consolidat, supra mare desingit, cõdonat fontibus cursum, mari limites imponit, serenius coruscat, pius fulminat una summaq; sapientię suę lege moderatur, quũ in ipsius administratione/ac maiestate cũcta cõsistant: nec a sua diuina illustriq; potentia derelicta irascitur placidus, iudicat tranquillius, & sine mutabilitate eius puenit/absoluit/& alias punit, reꝝ humanaꝝ miserator illustris/conuersis confestim parcens, insontes cunctãdo corrigens: & quum sit impatibilis oppositũ grandi magnaq; patientia/ac tollerantia. In illa inq̃ perennni gloria eiusq; mirabimur maiestatem cui præbet ministeriũ angelica magnitudo diuini illi spiritus obsequũtur/atq; obediunt: siquidem singulariter imortalis deus est, iustus/bonus/sanctus/& oẽs aliæ quæuis arduæ uirtutes in tã fulgenti/excelsa & illa maiestate pręclarissimæ/ atq; ornatissimæ sunt/quæ cunctis aliis/tum illis diuinis spiritibus/tum mortalibus iis ipsius diuina/splendenti / ac profusa largitate pro suo modulo cõdonatur: ipse omnium parens mortales edocet cuncta noscere, quũ planetariam cœlo contrarios cursus signorum consentaneũ lapsum: sunt enim ex eis aliqua eminẽtia/pmanẽtia tamen/motuq; carentia: alia uero quæ mobili circuitione uertunť / nec tẽporibus ullis conquiescunt armoniicis / suauissimisq; delectationibus inęstimabili modulatione uoluuntur, quoꝝ armonia / atq; concentus adunatũ efficit dulcisonũ melos: exoptant mortales ipsi ætheris celsitudinẽ manu comprahendere mensuram telluris/ambigeras pluuias / siue grandinis procellas/ terraꝝ motum natura uagantium/uentoꝝ profunditatẽ/inconstantis

T.

ęquoris/uiretium herbarum uires/elementorum per omne corpus dissociatas complexiones: sed qui sit ille suauitatis modus quo oia cōplectantur: siquidem diuina illa nec mente intelligi queunt/nec oratione explicari: Foelices inq̄ qui omnia quæ mallent callerēt, & nulla aduersitate quatiūtur, quo circa deū ipsum intueamur cūctorum auctorem/architectoremq̧/ut ad cœlestes illas/diuinasq̧ sedes ascēdere ualeamus, ibiq̧ summū illud bonū/& eximiū/ac præclarum tantę maiestatis solium contemplabimur: unde utiq̧ meliores summus globus iste solaris quum serenius infulserit, quemadmodum nostri animi sensus permulcet: ipsiusq̧ lumen tantā mortalibus confert lætitiā cum conspicitur aspecti flores gratissima/pulcherrimaq̧ iucunditate nos reficiunt: frondentes/uirentesq̧ orbis terrarum frutices/ęquora cerulea/ętheris limpiditatem/ ac serenitatem / micantia sidera q̄ hilari eximioq̧ gaudio intuemur: q̧ si pręclarā oblectationē/dulcedinēq̧ animi pręstant: castus quum adoptatus exoptatosq̧ perueniunt mortales ipsi, quid illa diuina maiestas tunc conspecta tā diu exoptata conferre credatᷓ, cui nihil simile/nihil coequale/qnāuis perillustre/ceu præclarū reperiri queat. Et si diuinæ illius fulgentis ecclesiæ maiestas in sui ortu uera uirtute augeretur, eiusq̧ gloria in orbis terrarum excedēs maiestatem/& cuncta supereminēs christi atletarum probitate/doctrina festinare uidebatur ad cœlū ipsum/ad cœlestiaq̧ sidera nulla inq̄ occurrebat inuidia, nullus liuor nequissimi mortalium hostis obuiabat: quandoquidem cœlestis præsidii diuinę trinitatis fulciebatᷓ præsidio/auxilioq̧, mortalesq̧ oēs etiā tum bene de deo opt.max.ueritatis cultu/& iustitiæ obseruatione permeriti: siquidem deiectis prophanis idolis sacerdotibus idolorum explosis, & quæcunq̧ per terrarum orbem portēta climata, sed horret animus dicere quę miseris mortalibus tunc laquei a cacodęmone humani generis hoste, quæ funera/quæ scelera in illis quę dicebanẗ/ abdita tegebantur: uerū enimuero ubi ex multa libertate/multaq̧ indulgentia, ut Cęsariensis antistes/& Dionysius Alexandrinus/Dorotheusq̧/ & pleriq̧ alii uiri eruditissimi scriptum reliquere, corrupti fuere mores/& disciplina obruta/dū alter alteri inuidet, & alter alteri derogat, dūq̧ nos inuicē mordemus/& incusamus, & aduersum nos metipsos intestina prelia cōmouemus, dum uerborum iaculis proximorum corda te-

rebramus, dum princeps cum principibus/urbes cū urbibus/populi cum populis seditiones & certamina cōcitamus, dū simulatio in uultu/dolus in corde/fallacia profert̄ in uerbis, & maloꝝ per singula cumulus intumescit diuina prouidentia iacturā disciplinæ populo præelecto illatā ex tranquillitate, ex plurimaq; pace/ & nimia sui lenitate perspiciens aggredit̄, primo sensum refrenare lassantes & integro adhuc ecclesiæ statū congregationibusq; manentibus indulget diuinus ille pater/& parens omniū deus: interim eosqui erant in militia tantū gentilium persecutione pulsari: Sed quū nullus ex hoc clemētiæ eius intellectus populus redderetur, quin potius uelut deum ipsum ignorantes absq; diuina prouidētia res agi ducerent / & eo magis insisterēt suis sceleribus, atq; ipsi qui duces mortalium uidebātur / & principes diuini mādati imemores effecti aduersum se cōtentionibus/zelo/liuore/superbia/iactantia/inimicitiis/atq; odiis inflāmarentur, ita ut tyrānidem potius q̄ sacerdotum tenere se crederent diuinæ / christianæq; religionis/humilitatis/& sinceritatis postergatę, obliti q; sacra misteria prophanis mentibus celebrarent: tunc adimpletū est illud diuinę uocis uerbum per os Hyeremiæ prolatū/Obscurauit inquit/dominus in ira filiæ Syon/& deiecit de cœlo gloriam Hysrael, nec memoratus est scabellum pedum suoꝝ in die iræ suæ. Et rursus idem diuinus uates/ Submersit dominus omnem decorē Hysrael/& omnes macerias eius destruxit. Dauid rex/& uates/Destruxit inquit/testamentum serui sui polluit in terra sanctificationem eius, ecclesiaꝝ scilicet subuersionem/ & destruxit omnes macerias eius, posuit munitiones eius timorē: Diripuerunt populū eius qui transierunt per uiam/pro quibus cunctis opprobrium facti sumus uicinis nostris/exaltauit enim dexteram inimicorum nostroꝝ/& auertit adiutoriū gladii sui/ & non adiuuit nos in bello/sed destruxit cū ab emundatione/& thronū elisit in terra/paucos fecit dies nostros, & super omnia effudit super nos confusionem. Hinc rursus Cesariensis antistes uir eruditissimus / uerumenimuero inquit/cū deo illo oīum pareīti/cūctorumq; architectori mortalium genus malitiæ/ceu sceleris morbo/& contagione obrutū / madidumq; emendandum uidebatur, potius q̄ delendū miseratus tunc obtenebratas/ac obscuratas per nequitiā mētes/ & tenebraꝝ cęcitatis obstructas.

Ille inq̃ ipſe qui in principio erat apud deũ/deus uerbum/& ſapientia patris nunc angeloꝝ/ac miniſtraꝝ uirtutũ/diuinorũq; ſpirituum lega tionibus utitur, nũc etiã ineffabili dignatione ipſe adeſt, & rarũ ſicu bi quẽ dei ac iuſtitiæ memorem repperit, diuinis reuelationibus mo nitis ſalubrioribus inſtructione qua deũ decebat reformare, ac reuoca re de tenenebris mortalium genus/nõ in alia q̃ hominis ſpecie qua ſo lum homines edoceri aliquid / & inſtrui/ac iuuari poſſint donec pau latim/ſenſimq; gẽtem intactam/atq; tunc incorruptam quę Hebræoꝝ appellabatur ad ſui cultũ uenerationẽq; cõuertit, quibus etiã utpote adhuc rudibus contagione uitæ prioris infectis per Moſem prophetã/ typos/ & ad umbrationem diuini cultus per ſabbata quędam miſtica circunciſionem altius aliquid in ſpiritu ſignificãtem: cæteraq; huiuſ modi p̃cepta legalia uelut elementa ſacratioris olim futurę eruditionis impreſſit, quæ tamen lex cum ueluti initiũ ceu exordiũ quoddã lumi nis orbi huic effulſiſſet/& odoris ſui fragrantia ęquora/ac tellures lon ge lateq; complexa, atq; ex ipſa diuerſis in orbis partibus nitorẽ quen dam prudentiores quoq; capientes legiſlatores/ uel philoſophi mode ſta quęq;/ & uerecũdiora p̃cepta/atq; honeſtatis & iuſtitiæ conſcientia auditoribus ſuis paulatim tradere/atq; inſinuare cępiſſent, & agreſtes ac ferinos mortaliũ mores ad decora / atq; honeſta inſtituta reuocare, tunc amicitiis coire inter ſe uiros & cõcordiæ ſubire fędera ędocuerũt: tunc uiare/auxiliariq; ſeinuicem homines & uſum reꝝ diſcunt habere cõmunẽ donec inſtituti prudentioris docilis humana mens/& ſocieta tis adinuicem patiens redderetur, ut huiuſcemodi cõſuetudinis pro luſione pręmiſſa acti iã & parati etiã ad diuina fierent ad inſtituta pa rentiſq; omniũ dei ſcientiæ capaces exiſterent, in quo ipſe iterũ oium uirtutũ pręceptor ipſe ſermo/ac ratio. Ipſe inq̃ uerbũ/ac ſapientia dei/ ipſe qui initio cum patre creauerat hominem; ipſe inq̃ humano quoq; naturæ aſſumpta ſubſtantia/& ſpecie formæ ſeruilis indutus in nullo penitus ab eo qđ nos ſumus differens tempore quo Romani imperii regnum nobilius/latiuſq; conſurgere; ipſo præſtiterat/ingreſſus hunc orbem quem incolimus cõmuni quidem nobiſcum naſcendi aditum, ſed nullo auctore patefacto ea egit/& ptulit/quæ de eo futura prophe tæ prędixerant/uiri etenim diuinitus inſpirati hominẽ qui ſimul eſſet

deus aduentare huic orbi/& doctorem mortalium omniũ paternę pietatis/ac religionis futurum sacrosanctis oraculis cecinerũt: sed & mortis modũ quo de hac uita discederet/ut quæ rursum inusitato more ad uiuentes repanderet a mortuis, & post hoc cœlũ adiret ad cœlestes illas sedes unde descenderat, atq; ad deũ oĩum parentem/ac conditorẽ rediret. Hinc Daniel ille uates/uidebam inquit/ecce sedes positæ erát/& uetustus dieꝝ sedebat/& uestimenta eius sicut nix alba / & capillus capitis eius sicut lana munda, thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis adurens, fluuius igneus procurrebat ante eũ, iudicium positum est/& libri aperti sunt, & post hoc uidebã & ecce cũ nubibus cœli tanq̃ filius hominis ueniebat & peruenit usq; ad uetustũ dieꝝ/ & in conspectu eius prolatus est/& datus ei principatus/ honor/& regnum/ & oẽs populi tribus/& linguæ ipsi seruiũt, potestas eius potestas ęterna quæ non transeat, & regnum eius non corrrumpet: Hæc inq̃ omnia præclare/illustreq; de nullo alio q̃ de saluatore mortaliũ parente, qui erat in principio apud deum/deus uerbum prænũciata percipiunť: filius etenim hominis ob id ꝙ in nouissimis tẽporibus in carne ortus esse dicitur: sic & alii illustres uates præclarissime / fulgentissimeq; edixere. Quid inq̃ obstat ut non una atq; eadem religionis obseruantia deputetur in his in quibus una atq; eadem fidei atq; operum esse consistit formam: & ideo non nouella/neq; peregrina est christianoꝝ religio, ut inquit Eusebius/& nuper exorta: sed si fas est libere iudicare/quo uerum est primam omnium ab ipso simul mundi exortu / ceu orbis origine descendens in dei summi parentis mente eodem christo deo illustri doctore/ac fulgenti institutore iam indę ab exordio/initioq; speciẽ formamq; suscipiens. Hinc inquam iunior Socrates christianæ religionis apprime eruditus disseruit/ ultima nanq; res ad mortales descendit a deo illo summo omnium parente mortalibus condonata philosophia/uera quidem (ut censeo) quæ multarum disciplinarũ/ & dialecticæ artis studia despicit, & plerasq; alias disciplinas eicit / doctrinasq; ueræ uirtuti contrarias/ac aduersas, tanq̃ sit munita/ & melioris operis tempus impediat/atq; ad recte uiuendum ostẽdat, nisi optima & quæ cœlestia/æthereaq; conspiciuntur. hæc inq̃ philosophia conuersatione miranda naturali/simpliciq; prudẽtia docet, omninoq; nequi-

tiam perimat/& summas præbeat cōmoditates: non inq̄ prædicat/atq; tantum de uirtute orat: sed magis atq; magis illam exercet / exemplo ostendens/nihilipēdens mortaliū gloriam, fortiter/uiriliq; animo resistens animæ affectibus/passionibusq;& neq; naturæ pernecessariis se subdit, nec corporis infirmitate/languoreq; succumbit/diuinæ mentis uirtutem contemplans / deum illum summum oīum architectorē die noctuq; colens oratione/precatione placat illa diuina/christianaq; philosophia absq; excitatione/animæ uero puritate / & bonoꝝ actuū conuersatione ad ministeria se diuina componens, purgationes / aspersionesq; contendens, solas uero pollutiones/criminaq;/ac scelera etiā extrinsecus excludit, irruentes casus exuperat, & omnium absolute huiuscemodi dominatur/non per stabilitatem / aut uitæ necessitatē qualibet uoluntate mutatur, non mala patiens ulciscitur, non languore/ aut indigentia necessarioꝝ compræssa mordetur, sed potius gloriatur in talibus fortitudinem/patientiam/mansuetudinem/mediocritatem/ & in omni uita perillustri meditatur: & quantū naturę humanę possibile est deo imortali esse propinquam/ipsiq; adhęrere ueluti in transitu hoc mortali utens p̄sentibus, neq; circa regna diuitias reꝝ caducaꝝ ac futilium magnificentia siqua dici possit/diuina illa christiana religio/ipsiusq; diuina præcepta puritate / sinceritate / ac simplicitate / & exercitium/ac ministerium huius instructionis laudans beatitudinē, contemplatur perennē illā/ac fulgentem/& perillustrem/ æternam/& scopum/seu terminū omni uelocitate illustre festinat, timore illo inq̄ diuino sine intermissione suspirans, turpiloquia/scęleraq; respuens, & nec usq; ad uocē emittere patiens/actibus suis noscit absoluere, in breui compræhendens mortalibus ipsis pernecessaria naturæ, & cogens corpus mediocribus indigere / castitati luxuria subdit, iustitia punit iniustitiam / & ueritate mendacium / disciplina reꝝ omniū mensuras participatur, cum proximis in humanitate/& cōmunione consistit; amicoꝝ prouida est/atq; peregrinoꝝ; & quæ propria sunt/cōmunia peragit egentiū, & tuetur utilia singuloꝝ, neq; gaudentibus importuna/ & cotristantibus atritisq; medelas/ mentiūq; sedationes ferēs ad perēne illud bonū/æternumq;, solertiam suam crebro extendens, sermonibus castis/pudicis/prudentibus/atq; sapientibus cōsiliis ornata/opti-

mis moribus/ac futili oratione/eloquioq; remotis, erudiens/atq; curās ueluti quibusdam anthitodis / seu medicaminibus exaudiens honore permaximo/illustri reuerentia dispositiones suas celebrans contentione/certaminibus/iraq; priuata: nam cum sit rationalis omnem motū irrationalē effugit/excluditq; corporeos effectus, animusq; ex his pulchritudine illustratur.

FINIS.

Omnia orthodoxæ fidei subiicio.

Errores.

uerticis pro uertices: in secunda pagina primi libri.
ut inquit deficit ibi Leo: in eadem pagina.
relinquenda pro relinquendas: in secunda pagina secundi libri.
uno deo pro uni deo: in quarta pagina tertii libri.
Cassum pro Crassum: in quarta pagina quarti libri.
Archilæ pro Architæ: in quinta pagina eiusdem libri.
sapientia substitutus pro sapiētia subsistentis: in sexta pagina oronis.

Omnes sunt terni præter T qui est duernus.

Impræssum Romæ in ædibus Marcelli Silber als Franck/ habitantis in campo Floræ: Anno uirginei partus Millesimo quingentesimo decimonono. Die uero duodecima mensis Maii. Pontificatus sanctissimi domini nostri domini Leonis diuina prouidētia papæ decimi Anno Septimo.





